





1627.

1. Mitschius, Casparus: An pactis et quidem in specie
solutibus, dari possit hereditas?
2. Mitschius, Casparus: De iurjurando in litem.
3. Flach, Sigismundus: De donationibus.
4. Flach, Sigismundus: De injuriis et actionibus,
inde promanantibus.
5. Flach, Sigismundus: De stipulationibus.
6. Flach, Sigismundus: De defensione necessaria.
7. Flach, Sigismundus: Positionum miscellanearum
juridicarum, decades VIII.
8. Hermannus, Zacharias: De jure patronatus
ecclesiastico.
9. Fung, Johannes Fidericus: De judiciis in genere.
10. Locamerus, Georgius David: De rescissione contractus
ex l. 2. l. si res ind. vendit.

1627.

11. Locamerus, Georgius David : De jurisdictione
12. Locamerus, Georgius David : De correctionibus
13. Locamerus, Georgius David : Decas questionum juris
controversarum

1628

1. Cluten, Tractatus : De comitiis S. R. I. Electoribus. - 9.
2. Coch, Gerhardus : De variis lectissimis juris capitibus
octo positionum decedens 10
3. Einsiedel, Innocentius, ab : De beneficiis successorum 11
4. Flach, Legimandus : De locatione et conductione 12
5. Flach, Legimandus : De privatis et publicis delictis
Dip. IV. : De criminibus publicis et quidem in specie
De accusationibus et inquisitionibus. 13
6. Flach, Legimandus : De privatis et publicis delictis
Dip. VII. : De homicidio, veneficiis et parricidis. 14

1628.

7. Flach, Sigismundus: De privatis et publicis delictis.
Hyp. IX: de adulterio, stupro, sodomia, rapta, incestu,
et lenocinis

8. Flach, Sigismundus: De privatis et publicis delictis.
Hyp. II: de injuria et famore libello.

9. Flachius, Sigismundus: De privatis et publicis delictis

10. Gsell, Bernhardus: De appellatorio juvenine, ^{hodie-}
nis temporibus maxime usitato.

11. Henckelius, Victorich: De jure patronatus ecclesiastico
temporibus maxime nostris accomodata.

12. Henckelius, Georgius Ludovicus: De foro competente

13. Locamerus, Georgius David: De pignoribus et hypo-
thecis

14. Locamerus, Georgius David: Inantheoydrow sive
legum conciliarum fasciculus VII.

16. 1628

11. 15. Locamerus, Georgius David: Enantiopydron sive
legum conciliatarum fasciculus II.

13. 16. Locamerus, Georgius David: Enantiopydron sive
legum conciliatarum fasciculus VIII.

16. 17. Locamerus, Georgius David: Enantiopydron sive
legum conciliatarum fasciculus X.

2. 18. Locamerus, Georgius David: Enantiopydron sive
legum conciliatarum fasciculus V.

3. 19. Locamerus, Georgius David: Enantiopydron sive
legum conciliatarum fasciculus III.

4. 20. Locamerus, Georgius David: Enantiopydron sive
legum conciliatarum fasciculus IX.

5. 21. Locamerus, Georgius David: Enantiopydron sive
legum conciliatarum fasciculus IV.

1628

22. Locamerus, Georgius David: Inantioparvum hie
legum conciliarum fasciculus II

23. Locamerus, Georgius David: De solutione

24. Locamerus, Georgius David: Inantioparvum hie
legum conciliarum fasciculus I.

25. Meier, Gotschalchus: De lege commissaria maxime
venditionibus accommodata

26. Wachman, Johann: De privilegiis in genere.

27. 29.

Berneggerus, Matthias: De magistratu.

2. Bittschius, Casparus: De juramento calumniae.

3. Bittschius, Casparus: Sententia assertio in iuris
dictarum ex variis universi iuris capitibus.

4. Bittschius, Casparus: De decas quaestionum iuris miscel
larum.

1629.

5. von den Brincken, Wilhelmus : Centuria positionum miscellanearum ex jure civili et pontificio de promptuariis.
6. Derschner, Christophorus : De postliminio
7. Flach, Sigismundus : De concursu actionum
8. Flach, Sigismundus : De uncapionibus et longi tempore
prius prescriptionibus
9. Flach, Sigismundus : De furtis
10. Flach, Sigismundus : De emptione et venditione
11. Guther, David : De investitura novi feudi
12. Hippler, dicitur von Fischbath, Johann : De litis contestatione
13. Loamerus, Georgius David : Inantio yd xvuv sine legum
conciliatarum fasciculus XIII
14. Loamerus, Georgius David : Inantio yd xvuv sine legum
conciliatarum fasciculus XV.

1629.

15. Tacamerus, Georgius David: Inantiopyxav
vul Regum Conestabulum fasciatus XII.
16. Otto, Marcus: De repressatis.
17. Schuelz, Nicolaus: De obligationibus generationis.
18. Schweder, Johann: De collectis seu muneribus
patrimonialibus.
19. Schwindel, Johannes Jacobus: De investitura feudi
veteris.
20. Schizius, Melchior: De conditura, seu, ut vulgo
loquuntur, de balsamatione cadaverum humanorum.



1629

5. vor

cell

Der

7. Flach

8. Flach

pro

9. Flach

10. Flach

11. Gut

12. Hip

13. Lo

con

14. Lian

con

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]





3



8



340

INSTITUTIO JURIDICA
DE REBUS
SOLUTIO

AN PACTIS ET QUI
DE REBUS
DE REBUS

CONVENTIONES DE FVTV
DE REBUS
DE REBUS

DE REBUS
DE REBUS

IN CENSA
DE REBUS

DE REBUS
DE REBUS

DE REBUS
DE REBUS
M. DC. XXII



8



J. J. J.

DISPUTATIONEM HANC

DE

BENEFICIIS

SUCCESSORUM

EX

PERMISSU SINGULARI

NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI

JURISCONSULTORUM ORDINIS, IN FLOREN-

TISSIMA ARGENTORATENSIVM
VNIVERSITATE.

Publice & solemnè disquisitioni subijcit

INNOCENTIUS ab *Emsiedel.*

Ad diem 20. Martii.



ARGENTORATI.

Typis JOHANNIS REPPH.

Anno M. DC. XXVIII.

16
22 28

16 28, 3.

1627-23





VIRIS
GENEROSA ET ANTI-
quissimâ Nobilitate ac continua-
tâ virtute conspicuis:

DN. HEINRICO HILDEBRANDO
ab Einsiedel in Scharffenstein /
Lobichaw / &c.

Electoralis Saxonici Dicasterii supremi apud Lipsienses
Adfessori eminentissimo,

ET

DN. JOHANNI ab Einsiedel in Lobschwitz /
Großhessen / &c.

*Dominis Patruelibus ac Tutoribus suis aeternum
honorandis*

*Alterum hoc, animi sui obsequentissimâ
argumentum.*

D. C. O.

Innocentius ab Einsiedel. A.



J. J. J.

DE BENEFICIIS SUCCESSORUM.

Successoribus competunt quædam beneficia ante aditam hereditatē, quædam post aditam. Ante hereditatem aditam competunt duo: Beneficium deliberandi, & Beneficium repudiandi hereditatem vel bona defuncti.

DE BENEFICIO DELIBERANDI.

2. Beneficiū (*a*) deliberandi (*b*) est potestas (*c*) singulis heredibus à Lege vel Magistratu concessa ut vires hereditarias intra certum tempus (*d*) explorent, ac æstiment utrūm sibi sit cōsultum adire hereditatem, necne. (*e*)

a) §. extraneus. s. v. sed nostra. l. d. hered. qualit. & differ. quod & jus deliberandi communiter appellari solet, t. r. ff. & C. d. jure delib. Sortitur autem variam in jure nostro significationem præsens hoc beneficii nomen, de quâ ante omnia pauca dicere operæ pretium duco: nam I. BENEFICIUM in usibus feudorum accipitur pro feudo, t. r. de benefic. fratr. & qualit. frat. in benefic. fratr. succed. 1. Feud. 20. quo sensu definitur in c. 1. §. in primis. In quib. caus. feud. amit. 2. Feud. 23. benevola actio tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo, in id quod facit pronè & sponte suâ parata, ut ait Senec. l. 1. de benef. c. 6. Hinc

A 2

beneg.

1627-23

beneficiate, beneficiatus. II. PRO PRÆBENDA in Iure Canonico,
c. ex multis. 9. c. 1. q. 3. & alibi sapissime. III. PRO PRIVILEGIO in
jure civili, hoc est, præcipuo jure, quod certæ alicui personæ, vel a tati
vel sexui conceditur, in quâ significatione & nos illud in præsentī ma-
teriâ accipimus. b) Dicitur deliberare à libellâ seu librâ, quâ quid
perpenditur teste Sext. Pomp. l. 4. de verbor. signif. ut enim per li-
bellam, seu libram res quælibet ad certum & determinatum pondus
deducuntur, sic exquisitâ indagatiōe, & deliberatiōe res ancipites ac
dubiæ ad certitudinem quandam reducuntur, num expediat heredi
scripto, vel ab intestato venienti agnoscere hereditatem, vel repudiare,
Tholos. in Syntagm. l. 46. c. 2. n. 3. c) §. extraneis. 5. in princ. 1. d. hered.
qualit. & differ. Vult. 1. iur. pr. Rom. 72. n. 28. d) Quodnam sit illud
tempus notabitur inf. th. 5. e) sunt & alii hujus beneficii fines quos
th. 8. vide. Hic queri potest cum Imper. Justinian. in l. ult. C. h. t. here-
dibus inventarii beneficio satis abundè que prospexerit, num adhuc
ejus quædam supersit utilitas? Et sanè per exigua illa nobis videtur:
RATIO, quia multò melius ex Inventario hereditatem adire potest
heres quàm ex deliberatiōe: RATIO RATIONIS, 1. quia ex hac
heres tenetur in solidum creditoribus hereditariis, 2. quia neq; Fal-
cidia beneficium habet, d. l. ult. §. 14. in fin. C. h. t. nisi fortè eo casu quo
heres vires hereditarias denudare non vult, apprimè cum confectio in-
ventarii notam quandam inurat defuncto, quasi solvendo non fuerit,
Chafs. in consuet. Burg. Rubr. des successions. 7. §. si ancuns. 13. vers. ils sont
senus, in Addit. Bruckm. vol. 1. cons. 47. n. 10. & 11.

3. Idque abolito Cretionū (a) jure Prætor
(b) introduxit, ac petenti (c) concessit; Quod
& ipsum à Justiniano deinceps immutatū,
(d) & à lege (e) quoque permitti posse statu-
tum est.

A a) Est autem cretio certorum dierum spatium, quod datur in-
stituto heredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem,
necne; eaque vel vulgaris vel continua de quâ vide prolixè Ulpian. in
frag. t. 23. §. 23. & seqq. Abolitionem illius quæ est in l. cretionum. 17.
C. h. t. summa necessitas dictavit: RATIO, quia cretiones non nisi in
hereditatibus testamentariis, nec in universis, sed illis tantum, in qui-
bus testator heredem cernere jubebat, locum habebant, atque adè in
suspensio erant hereditates, siue quis testamento citra cretionis mentio-
nem

nem facto decessit, sive eo non facto; Tholos. in Syntagm. l. 46. t. 2. n. 7.
b) l. 1. §. 1. ff. de jure deliber. & alibi passim. idque secundum negotio-
rum varietatem (puta amplitudinem, aut quantitatem hereditatis, lo-
corum quibus res sitæ sunt distantiam, rationes hereditatis prout illæ,
vel liquidæ, vel impeditæ) longiori vel breviori tempore coarctavit,
d. l. 1. §. fin. ff. h. t. c) l. 1. §. 1. ff. h. t. l. si curatoris. 9. C. h. t. d) per l. ult.
C. h. t. e) l. cum in antiquioribus. 19. C. h. t. Verum nullius videtur utili-
tatis impetrare tempus deliberandi ab homine, cum lege ipsâ hodie
annale spatium sit concessum: RATIO, quia superfluum est hoc pre-
cibus postulare, quod jam lege permissum est, l. 1. C. d. Thesaur. l. 10. t. 15.
Sed quia sæpenumerò accidit ut aliquid de tempore legati elabatur, an-
tequam pleno mentis consilio deliberatio de adeundâ hereditate vel
non, inita sit, certè ad hoc proderit, ut majus deliberandi tempus ha-
beatur. Adde, quod tempus legale currat à die mortis testatoris, vel à
die scientiæ, hoc est, quo quis rescivit delatam sibi esse hereditatem;
hoc verò à tempore concessionis tantum, Schneidvv. §. extraneis. n. 9.
l. d. hered. qualit. & different.

4. Competit verò beneficiū hoc non he-
redibus solum extraneis (a) sed etiam suis;
(b) 2. Heredi heredis; (c) 3. Tutori & Curatori
suorum pupillorum, minorumve nomine;
(d) 4. Fisco (e) & aliis. (f)

a) §. extraneis. l. d. hered. qualit. & differ. l. cum in antiquioribus
19. C. h. t. sive illi sint ex testamento, sive ab intestato heredes, dummodò
universales, quippe quia legatariis non datur, per l. si hereditatem. 32.
ff. mand. quòd si plures heredes sint singulis potestas deliberandi dabi-
tur, l. si plures. 10. l. 1. in fine princ. ff. h. t. b) l. 8. & 9. ff. h. t. l. cum in an-
tiquioribus. 19. C. h. t. §. 5. vers. sed sine u. l. de hered. qualit. & different.
antequam scilicet sese immiscuerint, vel extranei adierint, aut repu-
diata sit hereditas, d. §. 5. l. sicuti major. 4. l. ult. C. d. Repud. vel restit. he-
redit. Est tamen casus, quo etiam si abstinerit, impetrare nihilominus
potest, ut deliberet scil. cum bona nondum venierint, d. l. 8. ff. h. t. l. ult.
C. d. repud. heredit. RATIO, quia toties actio deneganda non est, si
omnia in integro sint, l. 3. ff. d. opti. vet. et. leg. c) l. 19. C. h. t. d) l.
ait prator. 7. in princ. ff. h. t. RATIO quia cum illi ob imperfectum ju-
diciū sibi prospicere non possint, hunc defectum tutores & curato-
res suâ personâ supplere debent, Obrecht. d. spur. 20. de institut. be. ed.

A 3

1b. 472.

B

C. D.

E

1627 23

A

B

C. D.

E *rb. 472. e)* puta, quando succedit tanquam heres, v.g. spuriis, vel aliis decedentibus ab intestato sine agnatis ad decimū, cognatis ad sextum usque gradum, §. *fin. l. d. success. cognat. aut uxore, l. unic. C. unde vir & uxor. §. sed eas. 2. v. aliam verò. l. d. bonor. possess.* **F** *f)* v.g. FIDEICOMMISSARIO, §. *si quis cum. 9. v. & secum. l. de fideicommiss. hered. utrum sibi expediat restitui, d. §. 9. BONORUM POSSESSORI*, utrum admittere debeat bonorum possessionem, annon, *l. 2. §. 2 ff. d. bonor. possess. secund. tabul. l. 1. §. 12. in fin. ff. de success. edict.* Quòd si filius familias heres sit institutus, cuiam jus deliberandi dicemus competere, filio, an patri? Et utrique competere verius est, *l. cum non solum. 8. in princ. v. sancimus. C. de bon. qua liber.* Servo verò instituto, soli domino ejus deliberandi beneficium dabitur; **TEXTUS ET RATIO** in *l. 1. in princ. ff. h. t.* quia servus pro nullo apud prætorem habetur; si plurium servus sit, utique omnibus dominis præstituemus *d. l. 1.*

5. Hoc beneficio usus vel terminum Legis, *(a)* observabit, vel Magistratum competentem adibit, ab eoque certum ad deliberandum tempus impetrabit. *(b)*

A *a)* *l. cum in antiquioribus. 19. C. h. t.* qui annali spatio definitus, computatione faciendā ab eo die quo cognovit heres sibi hereditatem delatam. *b)* non tamen amplius ab Imperiali quidem culmine uno anno, à cæteris verò iudicibus novem mensibus; in tantum ut neq. ex Imperiali largitate, aliud tempus indulgeatur, sed etsi fuerit datum, pro nihilo habeatur: **RATIO**, quia semel & non sæpius deliberationem hanc concedendam vult Imperator in *l. ult. §. & hac quidem. 13. v. sed quia. C. h. t.* Nisi ex magnā causā iteretur, *l. 4. ff. d. jure deliber.* **RATIO**, quia nulla lex est, quæ non recipiat interpretationem ex magnā causā *arg. l. quamvis. 11. ff. d. in jus voc. l. licet. 15. ff. de recept. & absurda illa sit oportet, quæ omnem ita præcidat limitationem in re quæ ex circumstantiis variari potest. Duar. d. jure deliber. cap. 1. in fin.*

6. Subinde pendente hoc deliberandi tempore Magistratūs vel Judicis officium erit, ut interim non tantum creditoribus, sed etiam heredi instituto faciat instrumentorum inspiciendorum copiam: *(a)* item tabula-

3
bularum testamenti aperiendarum, & describendarum facultatem, (b) & quocunque alio modo (c) hereditati jacenti, sicubi opus est, prospiciat.

a) *l. Aristo. 5. ff. d. jure deliber. l. Aristo. 28. ff. d. acquir. vel omitt. heredit.* ut exinde instruere se possint, expediat necne agnoscere hereditatem *d. l. 5.* b) *l. 1. & 2. ff. testam. quemadm. aperiant:* RATIO quia sine his heredi instituto certi nihil constat de oneribus impositis, neque de his controversiis, quæ ex testamento proficiuntur, vel transigi, vel exquiri veritas aliter potest *d. l. 1. §. 1. de his. 6. ff. d. transact.* Petebantur autem ab herede aperiri intra tertium, aut quintum à morte testatoris diem, *Jul. Paul. lib. 4. recept. sentent. t. 6.* adito eâ de re iudice, seu Magistratu competenti, *l. 1. C. quemadm. testam. aper.* vel pro tribunali, vel per libellum, ut juxta leges morésque locorum, adhibitis & convocatis testibus qui signârunt, vel aliis frugi hominibus, aperiantur & ab iis rursus, si opus, obsignentur, *l. 2. C. d. t.* De antiquâ ipsarum aperiendarum solemnitate, nihil hîc attinet dicere, de quâ satis prolixè DD. ad *d. l. 2.* in primis cum jure Codicis non admodum observetur. c) puta, exercitium actionum, alienationem rerum hereditariarum, pignorum captionem, & quamlibet aliam viam executivam inhibendo, *l. ait Prator. 7. §. 2. ff. h. t.* idque ex eâ parte Edicti, quâ dicit Prator, *si justa causa deliberandi videbitur bona interea deminui, nisi causâ cognitâ boni viri arbitrato vetabo.* In causâ autem cognitione hoc vertetur an justa causa sit, ut deminuere Prator permittat, qualis funeris causa; item eorum quæ sine piaculo præteriri non possunt, *d. l. 7. §. 3.* ut & si res ex tractu temporis deteriores sint futuræ, aut æ alienum quod sub pœnâ, vel pretiosis pignoribus debetur solutionem urgeat, *l. 5. §. 1. ff. h. t.* vide etiam *l. 6. & 7.*

7. Quod si intra illud tempus heres decesserit videndum quomodo hoc beneficium ad heredes transmittatur. Et suus quidem heres ad omnes sive suos sive extraneos illud transmittit; (a) Extraneus verò non æquè. (b)

a) textus est in l. cum in antiquioribus. 19. C. h. t. RATIO est, quia

1627-23

18
suis heredibus ipso jure acquiritur hereditas etiam ignorantibus absque
ullo ipsorum facto, §. 3. l. d. *hered. quæ ab intest. defer.* Mirum proinde esse
non debet, si ad heredes quoscunque etiam extraneos hereditatem
jam tum quæsitam transmittant. b) l. *quoniam sororem. 7. C. d. iure de-*
liber. l. unic. §. 5. & 13. C. d. Caduc. tollend. Et RATIO est, quia heres
istius heredis extranei, qui hereditatem nondum adiit, aut vellet here-
ditatem adire tanquam antecessoris sui, & id facere non posset, cum
hereditas illi delata tantum, non verò quæsitæ fuerit; aut tanquam ejus,
à quo antecessori suo delata erat, & hoc multò minus facere posset, cum
illius heres non sit. Distinguendum tamen hîc est inter heredem sim-
pliciter extraneum, & eum qui reverà quidem suus non est, neque ta-
men omninò extraneus propter suitatis effectum haud postremum ipsi
attributum, cujusmodi sunt liberi cujuscunque gradûs in successione
parentum fœminini sexûs, & lineæ maternæ, namq; his jus transmit-
tendi competere, l. *unic. C. d. his qui ante apert. tabul.* apertè demon-
strat. Secus quoad parentes in successione liberorum: RATIO, quia
ejusmodi constitutiones novæ ad partes, præsertim diversas, extendi
nec possunt, nec debent. In Galliâ certè, quando agitur de hereditate
proximorum descendendum, ascendendum, vel collateralium, res tot
tantisque tricus involuta non est, propter consuetudinem, cujus bene-
ficio *le mort saisit le vif son plus prochain heritier habile à luy succeder,*
hoc est, possessio defuncti transit in heredem proximum de genere. Et ita
vi generalis consuetudinis transmittitur & jus deliberandi & adeundi;
imò jus hereditatis in extraneum heredem ab intestato venientem, nò
etiam ex testamêto, nisi sit de proximioribus venientibus ab intestato,
Chassen. *ad consuet. Burg. §. 1. Rubr. des successions.* The sin hanc nostram
finiat hæc QUÆSTIO; an emancipatus hodie transmittat heredita-
tem non agnitam, sicuti suus, postquam ex *Novell. 118. cap. 1.* sublatâ po-
testatis differentiâ emancipatus cum suis ab intestato etiam jure civili
succedit? Et videtur mihi cum *Sichard. ad l. 3. C. h. t. n. 7. & 8. Bacchov.*
volum. 2. notar. Treutler. disput. 12. th. 7. lit. D. in fine. certè pars negativa
verior esse, quam etiam pro communi haberi testis est *Jas. in l. 3. C. h. t.*
RATIO, quia etsi emancipatus hodiè sublatâ agnationis, & cognatio-
nis differentiâ cum suis succedat; tamen tanquam extraneus heres non
nisi adeundo, hereditatem acquirit. Quam tamen cum *Bacchov. cit.*
loc. ita limitandam duxerim, ut quoad effectum transmittendi obti-
neat, habito respectu ad planè extraneos, nò æquè ad emancipati libe-
ros, adè ut constitutio *Theodosij C. de his qui ante apert. tabul.* etiam
ad illos pertinere videatur: RATIO, quia dicta constitutio fundatur
in æquitate naturali, quæ pariter in emancipatis militat.

3. Ob-

8. Observatis itaque prædictis consule-
tur, & testatori (a) & heredibus (b) & cre-
ditoribus. (c)

a) RATIO ne fortè nemine adire volente intestatus decedat,
quod sanè fieret si deliberandi beneficio heredibus institutis non foret
consultum. b) RATIO, ne fortassè repentinis aliorum negotiis in-
vulnerentur in sui perniciem: RATIO RATIONIS, quia sæpe latet
æ alienum in hereditatibus præsertim majoribus; & plures quando-
que sunt creditores qui vivo adhuc debitore vel metu vel amicitia, vel
spe beneficij consequendi non repetunt debita: postquam autem ce-
cidit vitæ, & arboris superbiæ truncus, accurrunt ad sua repetenda.
Tholos. in Syntagm l. 46. c. 2. n. 29. c) RATIO, ne ipsis longior mo-
ra fiat, l. 1. in princ. ff. de success. edict. sed inveniant successorem qui re-
spondere possit, l. si plures. 10. ff. h. t. adeoque hunc in modum Phormio-
nibus istis, heredibus puta morosisansa præscindatur effugii, subtra-
ctionis, & expilandæ hereditatis, Tholos. ibid. n. 31.

9. Dabitur præterea & Restitutio in in-
tegrum (a) in hoc deliberandi beneficio,
cui etiam præscribi posse notum est. (b)

a) Puberibus minoribus viginti quinque annis, l. necessariis.
57. §. 1. ff. de acquir. vel omit. hered. l. ait prætor. 7. §. 5 ff. de minor. l. 1. C. si
minor heredit. se abstin. ex generali edicto quod est de minoribus vi-
ginti quinque annis d. l. 57. Bocer. Class. 3. disp. 11. th. 65. Collegium Ar-
gent. lib. 28. t. 8. th. ult. b) instantibus quidem creditoribus, vel libe-
ris lapsu unius anni, aut novem mensium, de quo supra th. 5. lit. b. Nul-
lis verò instantibus 30. annorum spacio; Wesenb. in par. de A. vel O. her.
n. 6. Bocer. dict. disp. th. 62. tam in suis, quàm extraneis: RATIO quia
omnes actiones sive personales, sive reales, omniaque alia jura longissi-
mi temporis præscriptione tolluntur, l. sicut. 3. l. omnes. 4. C. de præscrip.
trigint. vel quadrag. annor. l. 1. C. de annali except. Et tantum de BENE-
FICIO DELIBERANDI, sequitur nunc.

DE BENEFICIO REPUDIANDI

10. Beneficium Repudiandi (a) est po-
testas competentem sibi (b) hereditatem,

B vel

1627-23

vel bona defuncti quoquo modo omittendi heredi à Prætore, (c) vel Lege (d) Concessa.

- A** a) Quod alio nomine appellatur recusatio, repudiatio, renuntiatio, abstentio, t. t. C. de repud. vel abstin. heredit. l. cum in antiquioribus 19. C. d. jure deliber. l. recusari 95. ff. de acquir. vel omit. heredit. Et quia oportet verborum generalium intellectum referri ad tractata, c. intelligentia. 6. x. de v. s. certè hic distinguenda repudiatio erit ab eà quæ dato divortii libello inter nuptos procedit, de quâ t. t. ff. d. divort. & repud. Tholos. in Syntagm. l. 46. c. 6. n. 2. (b) l. is potest. 18. ff. d. acquir. vel omittend. heredit. **RATIO**, quia ejus est nolle, qui potest & velle. l. 3. ff. de R. l. (c) qui suo heredi hoc benef. concessit: **RATIO**, quia cum jure civili suus hereditatem repudiare non possit, sed subire eam jure potestatis paternæ, l. 5. ff. d. condit. & demenstr. compellatur, §. 2. l. de hered. qualit. & differ. æquum Prætor putavit (motus immani L. Papirii sceneratoris facinore, qui L. Papiriâ de nexis Anno urbis 422. introductâ abusus C. Publium ætate formaque præstantem adolescentem ipsique ob æs alienum paternum nexui datum ad incestam libidinem appellavit; qui cum ingenuitatis magis, quàm præsentis fortunæ memor non animo solum, sed ne auribus quidem impudicum sermonem reciperet, indignatus scenerator tergum juvenis verberibus laceravit, ut probabiliter putat Forst. l. 2. de success. c. 18. n. 50. & seqq.) hanc acerbiteratem juris civilis benignitate suâ temperare; concessit itaque illi beneficium abstinendi ut potius parentis, quàm ipsius bona à creditoribus possideantur, d. §. 2. l. necessariis 57. in princ. ff. d. acquir. vel omitt. heredit. (d) à quâ extraneus hoc benef. habet: **RATIO**; quia sicuti nudâ voluntate extraneus heres fit, ita contrariâ destinatione statim ab hereditate repellitur, §. Item extraneus. 6. v. sicut autem l. de hered. qualit. & differ.

II. Quæ Potestas heredi tã suo, (a) quàm extraneo (b) datur: item sui heredi (c) Non verò patri sine voluntate filii, (d) non filio familiâs sine jussu patris, (e) non pupillo, sine tutore authore, (f) non tutori, (g) non furioso, (h) aliisque plurimis. (i)

(a) §. sui

a) §. sui autem. 2.1 de hered. qualit. & differ. quæ propriè vocatur
abstentio, d §. 2. l. 1. & 2 C. de repud. vel restit. heredit. l. 55. 56. 57. ff. de ac-
quir. vel omitt. heredit. Nov. 119. c. 6. & alibi sæpissimè, quamvis etiam
extraneis quandoque illa competat, quoties nimirum restituuntur ad-
versus aditionem hereditatis, l. 1. §. si quis adit. 10. ff. ad SC. Tertull. l. cum
heres. 55. ff. de acquir. vel omitt. heredit. Fit autem abstentio nudâ vo-
luntate, dummodò de eâ extrinsecus constet: R A T I O, quia verbum
abstinere animi magis, quam facti est. Nec enim abstinere dicendus
est, qui hereditatem non attingit, quæ Grammatica vocis hujus acce-
ptio est, sed is qui, siue extrajudicium, siue coram prætore, (quamvis ad
id necessariò non teneatur, l. ei qui, 12. ff. de acquir. vel omitt. heredit.) se
dicit retinere nolle hereditatem, l. si servum. 71. §. 4. ff. d. t. Quod si non
faciat, & si nihil attingat, hereditatem retinet in iis quæ commodum
ipsius concernunt. Hinc si contra suum heredem agatur, QUÆRI
potest agensne immixtionem & agnitionem, an verò filius abstentio-
nem probare teneatur? Prius placet cum Everhard. in topic. loc. ab au-
thorit. 95. n. 9. TEXTUS ET RATIO in l. 1. C. si minor ab hered. se absti.
quia fides veritatis verborum adminicula non desiderat. Factâ porrò
abstentione abstinens pro herede non habetur jure prætorio, l. si filius
12. ff. de interrog. in jure faciend. removendo à se omnia hereditatis cõ-
moda & incommoda, l. pro herede 20. §. 4. ff. de acquir. hered. quamvis
jure civili etiam post abstentionem maneat heres, l. ei qui. 88. ff. de he-
red. instit. l. ait prætor. 7. §. 10. in fine. ff. de minor. l. cum quasi. 30. §. 10. ff. d.
fideicommiss. libert. l. sciendum. 32. ff. de manumiss. testam. cujus rei T A-
LIS EST EFFECTUS, ut existentia sui heredis, quamvis abstinentis pu-
pillarem substitutionem sustineat, l. si pupillus. 42. ff. de acquir. vel omit.
heredit. l. paterfamilias. 28. ibiq. Gothof. ff. de reb. author. judic. possid.
l. si filius. 12. ff. de vulg. & pupill. substitut. Junctâ l. filio 17. ff. de injust.
rupt. irrit. Don. l. 6. comm. c. 26. Vult. ad princ. tit. 1. de pupill. substit.
n. 10. Treutl. vol. 2. disp. 12. th. 3. lit. C. nisi habeat extraneum coheredem,
l. apud Iulianum 11. §. 1. ff. ad SC. Trebellian. RATIO diversitatis, hæc est,
quoniam pupillo in solidum & ex asse herede instituto, ab ipso solo vi-
res testamenti dependent, adeoque rectè dicimus per nudam existen-
tiam confirmari tabulas pupillares. At verò apposito coherede extra-
neo, ab hoc quoque vires testamenti pendere dicendum juxta volunta-
tem paternam. Itaque cum pro parte testamentum valere nequeat, eo
autem non valente corruat substitutio pupillaris; haud erit sufficiens,
pupillum pro parte suum heredem extitisse, qui propter personam
coheredis in solidum heres existere prohibetur. Bacchov. vol. 2. disput.
12. th. 3. lit. A. QUÆRITUR hinc utrùm filius retentâ legitimâ, vel

B 2

Em-

1627-23

A Emphyteusi abstinere se hereditate queat? Quorum prius affirmamus:
RATIO, 1. quia legitima est æs alienum, & naturâ debitum, *Novell. 1. præf. §. 2.* 2. quia non hereditatis, sed bonorum quota est, *l. 6. C. de inoffic. testam. Novell. 115. c. 5.* adeoque pars ab hereditate planè separata, *Bacchov. volum. 1. disput. 13. th. 12. lit. C.* Posterius negamus: RATIO quia omnis Emphyteusis quocumque modo ac quibuscumque verbis constituta jure hereditario defertur; quemadmodum & cætera jura contractibus, conventionibus & pactis alicui quæsitæ, ad liberos defuncti non aliter, quàm si heredes extiterint, seque paternæ hereditati immiscuerint pertinent. *Hunn. vol. 2. Resolut. Treutl. disput. 12. th. 4. quæst. 14.* Quin immò, etsi pro se & pro filiis accepta fuerit: RATIO, quoniam non est ea patris mens, ut filio tanquam ex contractu actionem velit quæsitam his verbis, cum aliàs etiam ex juris ratione filio haud rectè stipuletur pater, sed adjiciuntur potius ad determinandum jus emphyteuticum, & efficiunt, ut defuncto sine filiis emphyteutâ, jus ad directum dominum revertatur. *Bacchov. vol. 2. disput. 12. th. 4.* SED cum propter similitudinem, quam habent adinvicem emphyteusis & Feudum, frequens & multum utile ducatur argumentum ab uno ad alterum. *Everhard. in topic. loc. 30.* haud improbabiler Rittershsu. *l. 1. partit. feud. q. 15.* aliique plurimi non contemnendæ eruditionis JCti item etiam in Feudo recipiendum esse arbitrantur, quorum tamen opinionem ita limitandam duxerim, ut procedat in Feudo hereditario *Erbleben* per textus expressos, in *c. unic. 2. Feud. 45. An agnat. vel fil. defunct. possess. c. 3. in fine 2. Feud. 51. De Capitan. qui Cur. vend. non item in feudo quod vulgò EXPACTO ET PROVIDENTIA* sive, ut rectius à Pinell *in l. 1. C. de bon. matern. p. 2. n. 82.* feudum familiæ seu familiare appellatur, German. *Stammleben*: Et RATIO est 1. quia Feudum hoc non defertur jure hereditario, neque pars hereditatis est, sed quid ab hereditate planè distinctum; nemo autem plus repudiare videtur, quàm in hereditate continetur: 2. quia ad illud filius vocatur proprio & sanguinis jure, ex pacto & legis providentiâ, non judicio testatoris, vel beneficio vasalli defuncti, sed primi acquirentis *Gail. 2. observ. 154. n. 1. 2. & 2. observ. 128. n. 19. Mynsing Cent. 3. observ. 67.* aliique magno numero allegati à Reigero *in nor. ad d. observat. Myns. Id quod etiam jure Saxonico observatur per text. expressum in artic. 21. lib. 2. Specul. Saxon.* Hat auch ein Mann einen Sohn der Lebens Erb: ist nach Lebensrecht / er behalt seines vattern gegend gar auff seinen Lehn mit mehrerm Rechten / denn der sein Erbe ist nach Landrecht / ibique *Zob. lit. D. Hartm. Pistor. 2. quæst. 2. n. 48. usque ad fin.* quæ sententia confirmatur *Nov. Elect. Augusti Constit. p. 1. Constit. 47. b)* quæ proprie

3
priè vocatur repudiatio; sic nomine tenus repudiatio duplex, repudiatio & abstentio. Quod tamen de repudiatione dicitur, id ipsum ferè dictum censeatur in abstentione. Tholos. in Syntagm. l. 46. t. 6. n. 2. Et RATIO est, quia utroque casu hereditas amittitur. c) l. si quis. 7. §. 1. l. Iulianus 42. in princ. l. si u. qui 56. ff. d. acquir. vel omitt. heredit. d) l. u. qui heres. 13. §. ult. ff. de acquir. vel omitt. heredit. l. renitente. 11. C. de jure deliber. RATIO est, quia hoc vergeret in præjudicium filii, qui sui juris factus eam acquirere posset. QUÆRITUR hinc quid dicendum sit de filio familiæ infante; An pater, cum solus ipsi delatam hereditatem acquirere possit, l. si infanti 18. C. d. t. solus quoque repudiare valeat? Quod non putarim; RATIO, quia d. l. 13. §. ult. ff. de acquir. vel omitt. heredit. generaliter intelligenda, siue infans sit filius, siue infantie annos exceßerit. Duar. ad tit. de acquir. vel omitt. heredit. c. 8. e) d. l. u. qui. 13. §. ult. RATIO est, quia oportet eum qui repudiat idoneum esse ad repudiandum, alias repudiatio ei non nocet l. 4. l. u. potest. 18. ff. de acquir. vel omitt. heredit. filius autem familiæ certè idoneus non est; RATIO RATIONIS, quia nec acquirere potest sine jussu parentis sui, l. si quis. 25. §. 4. ff. d. t. Excipe tamen. 1. CASUM PATRIS FURIOSI DE IURE VETERI, l. furiosus. 63. ff. d. r. idque ex benevolentia & rescripto Divi Pi, l. cum heres. 52. ff. d. t. quâ benevolentia defectus jussionis suppletur, aded ut commodum hereditatis patri per filium quippe adhuc in potestate existentem, l. patre furioso. 8. ff. de his qui sui vel alien. juris sunt, acquiratur, d. l. furiosus. 63. Pinell. ad l. 1. C. d. bon. matern. part. 1. n. 60. & seqq. Fachin. 6. contr. 38. & 2. CASUM PATRIS HEREDITATEM RECUSANTIS, DE IURE NOVO, l. ult. C. de bon. qua liber. Bacchov. vol. 2. disp. 12. lit. D. E. F. f) l. pupillorum. 5. C. de repud. heredit. l. obligari. 9. §. 3. ff. d. auctor. tutor. arg. l. 1. §. 4. d. success. edict. Quod si tutorem non habeat, adire prætorem & eius decreto hoc jus consequi potest, l. si infanti. 18. in fine. C. d. jure deliber. g) l. tutor autem. 8. ff. d. bonor. possess. d. l. 1. §. 4. ff. d. success. edict. RATIO ne in potestate tutorum sit, commentitiis oneribus repudiando hereditatem, pupillum bonis spoliare. Tholos. l. 46. c. 6. n. 5. RATIO RATIONIS, quia tutor in re pupilli, tunc domini loco habetur cum tutelam administrat, non cum pupillum spoliat, l. qui fundum. 7. §. 3. ff. pro empt. juncto. §. 2. l. d. tutel. h) l. furiosus. 63. ff. d. acquir. vel omitt. heredit. RATIO, quia furiosi nulla voluntas, l. qui servum. 47. ff. d. r. ne quidem tutoris, vel curatoris adhibita auctoritate, vel consensu, l. 5. ff. d. r. l. Potest tamen curator hereditatem, seu si mavis hereditatis effectum acquirere petita bonorum possessiones sed hæcenus, ut quam diu in furore permanet pupillus, seu minor, administret curator. Quod in furore diem suum finierit, vel

B 2

ad pri-

C
D

E

F

G

H

1627-23

ad pristinam sanitatem perveniens eam repudiaverit, ad eos revertatur hereditas, ad quos furioso remoto perventura erat, *l. ult. §. 7. 8. & 9. C. de curat fur. i*) veluti servo necessario, incerto de jure suo; substituto, antequam institutus decernat de hereditate; *de quib. vid. Tholos. l. 46. c. 6. n. 5 Colleg. Jurid. Argent. l. 29. t. 2. th. 42.*

12. Competit autem hoc beneficium in casu hereditatis (*a*) delatae, (*b*) non etiam deferendae. (*c*)

A *a*) Hereditas est materia circa quam versatur repudiatio, & quae rejicitur. Itaque primum considerandum, an sit i. e. an testator, vel dominus bonorum de quorum repudiatione agitur, mortuus sit. Etenim, nisi qui certus est de morte ejus, cujus hereditas ipsi sive ex testamento, sive ab intestato competebat, repudiare non potest, *l. is qui heres. 13. §. 1. ff. d. acquir. vel omitt. heredit.* Tholos. *l. 46. c. 6. n. 3.* **RATIO**, quia viventis nulla hereditas, *l. 1. ff. pro hered. l. 3. C. d. usucap. pro hered. b) l. 4. l. is potest. 18. ff. d. acquir. vel omitt. heredit. l. 3. de R. I. RATIO est, quia omnis privatio praesupponit habitum, *l. decem stipulatus. 116. ff. d. V. O. l. bovem. 43. §. 9 l. de adilit. edict. c) sive futurae. HINC* fit ut pactum de successione futura non valeat, nec obstat, quod minus is, qui renunciavit hoc pacto, possit succedere, *l. si quando 35. §. 1. C. de inoffic. testam.**

13. Fitque vel verbis (*a*) vel re, (*b*) vel alio quovis judicio voluntatis. (*c*)

A *a) l. recusari. 95. ff. de acquir. vel omitt. heredit.* veluti quando heres serio dicit se repudiare, nolle adire amplius hereditatem, *l. 1. in prin. ff. de curat bon. dand.* aut eam ad se pertinere, *l. in plurium. 70. §. 1. ff. d. t.* iisque tam in praesens, quam futurum tempus collatis. Fachin. *6. contr. c. 49.* Sed his verbis, credo hanc hereditatem esse respuendam, & mihi non expedire, non repudiata censetur hereditas, *l. sed etsi. 9. §. 2. ff. ad SC. Trebell.* etiam post trium mensium spatium: **RATIO** quia spatium illud ad inventarii confectionem inductum, hoc non operatur ut eo praeter lapso hereditas repudiata censeatur; **RATIO RATIONIS**, quia potest quis omisso inventarii beneficio ad deliberationis auxiliu convolare, *l. ult. §. 14. v. cum gemini tramites. C. de jure deliber.* Fachin. *6. contr. 60.* **b)** veluti **SI** heres patitur ab alio tanquam ab herede res hereditarias hac mente, ut ille tanquam heres possideret, occupari, *l. restituta. 37. ff. ad SC. Trebell.* aut **SI** post cognitam delationem hereditatis sibi factam, intra annum deliberandi non repudiarit, nec adierit, & moriatur post annum, videtur repudiasse; quo facto nec ad eius here-

heredes jus transmittit, *l. cum in antiquioribus. 19. C. de jure deliber.*
Tholos. *l. 46. c. 6. n. 10.* Item Si heres institutus, idemque legitimus re-
pudiet quasi legitimus; tunc enim utrumque repudiasse credendus est,
l. nec is. 17. §. 1. ff. d. acquir. heredit. l. illud. 77. ff. eod. RATIO quoniam le-
gitimæ locus fieri nequit, nisi remotâ testamentariâ, *l. quamdiu. 39. ff.*
d. t. Dummodò sciat se heredem institutum; secus si ignoret, *d. l. 17.* aut
Si heres qui rescisso testamento succedere potest ab intestato, agat ali-
quid cum herede instituto, quod nisi ipsum agnoscat heredem, utiliter
haud cum eo geri queat, ut puta emat res, conducatur prædia, *l. si ponas. 23.*
§. 1. ff. de inoffic. testam. Donell. *l. 7. c. 7.* Nec OBSTAT quod Hilliger. *ibid.*
notat *sub lit. D.* ibi non tam amitti hereditatem, aut spem delatæ acqui-
rendæ, sed potius deferendæ spem intercludi; Namq; & eo ipso here-
ditas repudiatur, iuxta definitionem repudiationis positam *in th. 19.*
Denique Si heres in duobus testamentis institutus, in primò utiliter,
in altero inutiliter, ex posteriori testamento invalido sciens prudensq;
hereditatem adeat, *l. Clodius. 97. d. acquir. heredit. eleganter Duar. ad. d.*
t. c. 9. c) scripto videlicet, vel nutu declaratæ, *l. recusari. 95. ff. d. t. l. 6.*
in princip. ad SC. Trebell. §. 7. & 8. l. de hered. qualit. & differ. Duaren.
d. l. 9. Don. d. l. 7. c. 7.

14. Inventa verò repudiatio est eum in
finem, ne quis ad onera hereditatis tenea-
tur, (a) quæ evitat repudiando, (b) eaque
semel facta omne jus (c) delatum aufert he-
redi, ita ut nec postea pœnitentiâ ductus id
recuperare possit, (d) sicque per consequen-
tiam alteri viam aperiat. (e)

a) TEXTUS, & RATIO perelegans *in l. 4. ff. ad SC. Trebell.* Et lau-
danda illius voluntas, qui tanti habuit rebus carere, quam sæpius pro
illis litigare, cum verecunda cogitatio eius, qui lites execratur non sit
vituperanda. *l. 4. §. ult. ff. de alien. judic. mut. caus. fact.* vide *supr. thes. 8.*
nam fere coincidit cum fine juris deliberandi. b) *L. Iulianus 42. l. si pu-*
pillus. 89. ff. de acquir. ve. omitt. heredit. l. 1. C. de repud. vel abstin. heredit.
nisi is qui bonis paternis se abstinuit, per suppositam emptoris perso-
nam, & ita dolosè bona patris mercatus probetur, *l. si is qui. 91. ff. d. t.*
Hinc etiam, si quæ actiones sunt repudianti contra defunctum, reiectâ
aditione, quâ confunduntur, remanent, *l. cum bonis 87. §. 1. ff. d. t. c)*

Ratio

1627-23

RATIO est, quia fieri non potest, ut quis ex parte repudiet hereditatem, ex parte agnoscat, & retineat: RATIO RATIONIS, quia jus nostrum non patitur eundem in paganis & testatò & intestatò decessisse, earumque rerum naturaliter inter se pugna est testatus, & intestatus. *l. jus nostrum. 7. ff. d. R. 1.* Hinc QUÆRITUR utrum agnatus repudiata hereditate feudum retinere possit? Et mihi certè videtur distinguendum, ut & *supr. 1b. 11. lit. A.* in feudum hereditarium, & ex pacto & providentiâ, ut hoc equè atq; filius repudiata hereditate agnatus retinere queat; illud non item per rationes ibid. allegatas. *d) l. 4. C. de repud. heredit. l. scimus 22. § 1. C. de iure delibert. § 7. 1. de hered. qualit. & differ. arg. l. 1. §. 6. ff. de success. edict.* quamvis aliàs pœnitentia jus integrum conferret pœnitenti, *l. Calius ait. 23. §. ult. l. 24. ff. de recept.* EXCIPE tamen si heres fortè rogetur restituere, *l. 4. ff. ad SC. Trebell. §. sed quia. 7. 1. de fideicommiss. hered. vel minor sit.* Tum enim dabitur ipsi restitutio ut adversus aditionem, ita & repudiationem, *l. 1. & 2. C. si minor ab hered. se abstin. l. 1. & 2. C. si ut omis. heredit. vel bon. possess. l. si minor. 24. §. 2. ff. de minor.* intra triennium scil. post impletum quadriennium, intra quod potest rebus in suo statu manentibus adire hereditatem, & suam abdicationem revocare, *l. ult. C. de repud. vel abstin. heredit. vid. Tholos. l. 46. c. 6. n. 13. & 14.* ubi alias etiam exceptiones ex Guiliel. Benedict. notat. *e)* nisi idem ipse qui repudiavit ex alio capite ad aditionem admittatur. v. g. si filii, patris cui ab intestato succeditur, repudiârint successionem ex Edicto Unde liberi, delatam, eandem non prohibebuntur adire per Edictum Unde legitimi, *l. 1. §. 11. ff. de success. edict.* Hinc legitimam hereditatem vindicare non prohibebitur is, qui cum ignorabat vires testamenti, iudicium defuncti secutus est, *l. legitimam. 8. ff. de hered. petit.* RATIO est, quia cum res, seu bona cujuscumque ex diversis successioneibus ad nos pertinent, repudiata unâ non statim censetur repudiata altera, *l. hereditas. 3. C. de petit. heredit. & quoties duplici jure alicui defertur successio, repudiato novo jure quod ante defertur supererit vetus. l. quoties 91. ff. d. R. 1.*

15. Convenit etiam benè huic nostræ cum repudiatione bonorum possessionis, *(a)* & Legati. *(b)* Econtrario pugnant cum illâ dolus *(c)* error, & ignorantia repudiantis. *(d)*

A. B

a) §. 5. v. si quis l. de bon. possess. b) l. in repudiandâ. 23. ff. de acquir.

3
quir. vel omitt. heredit. l. legatarius. 38. §. 1. d. legat. l. c) l. 4. §. si cum 28.
ff. d. dol. mal. & met. except. d) l. 13. §. 1. l. 15. 16. 17. in princ. ff. de acquir.
vel omitt. heredit. RATIO, quia nihil consensui tam contrarium est,
quàm vis, metus, atque error. l. nihil consensui. 116. ff. de R. I. Et hæc de
Beneficiis, quæ ANTE ADITAM HEREDITATEM competunt.

C
D

16. Post aditam hereditatem competunt
successoribus tria beneficia, Inventarii. Col-
lationis; & Juris Accrescendi.

DE BENEFICIO INVENTARII.

17. Beneficium (a) Inventarii (b) est Jus
novo jure introductam (c) conficiendi scri-
pturam, (d) quæ rerum singularum quæ in
hereditate sunt, contineat descriptionē. (e)

a) §. extraneis. 5. vers. sed nostra. l. de heredit. qualit. & differ.
Hujus beneficii frequens hodie usus; quamvis IN GALLIA penè exole-
verit, nisi specialiter impetretur à principe: *Si aucuns se veulent porter,*
pour heritiers par benefice d' Inventaire, ils sont tenus de l' impetrer du
prince. Consuet. Burgun. Rubr. des successions. 7. §. si aucuns. 13. ibique
Chassan. SED dubitari haud immeritò posset an consuetudo hæc pro-
cedat, cum frustra precibus impleretur, quod jure communi conces-
sum est, l. unic. C. d. Thesaur. l. 10. t. 15? Verum enimverò, quoniam talis
aditio hereditatis videtur quodammodo esse & defuncto, & heredi op-
probriosa, & creditoribus damnosa; v. sup. th. 2. lit. E. in fine, idè prin-
ceps ut tolleret facilitatem hujus aditionis, sibi reservavit, quod aliàs
de jure simpliciter competebat. Neque tamen ita sibi reservavit, ut
possit sibi applicare absque quòd teneatur concedere petenti: RATIO,
quia etiam de jure potest impetrari, quod Princeps non potest denega-
re. l. ult. §. 13. C. de jure deliber. Adde etiam quòd aliquando precibus
impleretur, quod jure communi conceditur c. quia in causis 7. x. de
procur. Chassan. d. l. Jure quoque SAXONICO non magnus ejus super-
est usus, cum heres non cogatur illo jure debita à defuncto contracta
ultra vires hereditatis exolvere, per text. Landrecht. lib. 1. artic. 6. *wer*
das Erbe nimbt/ der soll auch zu Recht die Schuld bezahlen/ als ferne
das Erbe weret/ mit der fahrenden Habe/ i. e. secund. gloss. ibid. das
nachfahret von dem Todten an den Erben. Zob. p. 2. diff. 56. Reinh.

A

C

part.

1627-23



part. 1. differ. 28. Et licet additio ad textum dicat, intelligendum hoc secundum jus cōmune, scilicet confecto inventario: tamen Dn. Henning Gæden dicit hoc esse clarissimum quod de jure Saxonico, & cōsuetudine nullus heres teneatur conficere inventarium *Consil. 15. de success. feud. n. 8.* atq; ita de facto consultum verè respondisse Amplifs. Colleg. J. Ctor. Lipsiens. testatur Hartm. Pistor. *l. 2. q. 2. num. 44. & seqq.* Wesenbec. *in paratit. de jure deliber. n. 16.* Hilliger. *in Donel. Enucl. l. 7. c. 3. lit. Q. b)* quod ab inveniendō dictum, utpote cū res in eo descriptæ inveniuntur, ut quot, quantæ, quales & ubi sint sciri possit, *l. ult. C. arbitr. tutel. Roland. à Valle tract. de invent. p. 1. q. 2. n. 1.* Dicitur alias Repertorium, *l. tutor. 7. ff. de administr. tutel.* quia reperta continet, *gloss. in d. l. 7. c)* *l. ult. C. de jure deliber. Novel. 1. c. 2.* cū jure digestorum sit incognitum, Roland. à Valle *p. 1. q. 3. n. 1.* *d)* conficiendam scil. juxta præscriptum, *l. ult. C. de jure deliber. vide th. 21. e)* Treutl *vol. 2. disp. 12. th. 8. lit. A. vide inf. th. 19.*

18. Quia verò heres ille dicitur qui in universum jus defuncti succedit, (*a*) ideò Inventarium tenetur (*b*) conficere omnis heres (*c*) institutus & substitutus, tam directò, quàm per obliquum veniens. (*d*) Contra Legatarius vel donatarius, (*e*) item Pupillus, furiosus, fatuus vel ægrotus, (*f*) Fiscus bonorū vacantium possessor ad id non tenentur. (*g*)

A. B

a) *l. nihil est aliud. 24. ff. de v. s.* *b)* VERUM quid si proferatur descriptio bonorum facta ab ipso defuncto, an proderit illi heredi, in tantum ut sit immunis à confectione Inventarii? Et negandum omnino videtur: RATIO 1. quia Inventarium originem sumere debet ab herede & non à defuncto. RATIO 2. quia viventis nulla hereditas. RATIO 3. quia bona quæ ampla erant & multa, vivente eo de cuius hereditate agitur, diminui possunt; vel contra, quæ parva, augeri, Colleg. Juridic. Argentor. *l. 29. r. 2. th. 36.* Et ita responsum in facultate Juridicâ Altorfinâ fuisse apparet ex respons. Altorf. *consil. 53. per totum & 64. ibi.* *Ja wenn aleich der Vatter.* *c)* Etiam Princeps

C

Novell. 1. c. 4. §. 2. Roland. à Vall. *p. 2. q. 3.* etiam Ecclesia. *d. Nov. 1. c. 4. & sicuti*

& , sicuti leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita & sacro-
rum statuta Canonum principum constitutionibus adjuvantur. *c. 1 x.*
de novi oper. nunciat. dubitari hinc non potest, quin Justiniani Consti-
tutio, etiam ex Pontificio jure robur obtinere debeat. Fachin *l. 6. con-*
trov. 20. Roland. à Valle *p. 2. q. 12.* Etiam fiscus heres. *d. Nov. 1. c. 4.* R A-
TIO, quia qui suam personam non exclusit, nec fiscum exclusisse vide-
ri potest Fachin. *6. contro. c. 21.* Roland. à Vall. *p. 1. q. 11. d) l. ult. C. de*
jure deliber. Roland. à Vall. *p. 2. q. 20. e)* RATIO 1. quia hi propriè
non sunt heredes, *argum. l. nihil est aliud 24. ff. de V. S.* RATIO 2. quia
legatum, vel donatio non cõtinet æs alienum, adeoque nunquã damno
esse potest, *l. si hereditatem. 32. ff. Mandat. l. æris alieni. 15. C. de donat.*
f) Nov. 1. c. 4. §. 1. Roland. à Vall. *p. 2. q. 5. & 6.* Rectè tamen illorum lo-
co tutor, curator, procurator, vel alia legitima persona intervenire po-
terit *arg. d. Nov. g)* RATIO 1. quia tum fiscus non tam heres, quàm
possessor. RATIO 2. quia id demùm intelligitur esse ex bonis, quod
deducto ære alieno superest, *l. subsignatum. 39 §. 1. ff. de V. S. l. non pos-*
sunt. 11. ff. de jure fisc.

D
E

F

G

19. Continere autem debet Inventa-
rium omnes res hereditarias (a) quas defun-
ctus mortis tempore habebat, (b) tam mo-
biles, quàm immobiles, tam corporales,
quàm incorporales. (c)

a) *l. ult. §. 2. C. de jure deliber.* Hinc etiam à DD. inter solemnia
conficiendi eius refertur: Verùm quia, id non est proprium huius In-
ventarii, sed commune omnium eiusmodi descriptionum, ut res qua-
rum fit synopsis, ordine omnes describantur, libuit cum Giph. ad *d. l.*
ult. §. 2. illorum numero, *in th. seq. 21.* eximere: RATIO, quia ibi de so-
lemnibus hereditariæ synopses, sive inventarii propriis agimus, non
de communibus Giph. *d. l. b)* Hinc non immeritò QUÆRITUR ab
Angel. tractat. *de Invent. n. 19.* aliisque allegat. à Coraf. *de Invent. n. 23.*
an etiam fructus & accessiones, ei sint inferendæ, quæ post mortem de-
functi ex hereditate iacente susceptæ sunt; Et certè si heredi tantùm fo-
ret res cum legatariis, nulla exigeret necessitas in inventario illas de-
scribi: RATIO, quia in ineundâ L. Falcidiæ ratione tempus mortis in-
spicitur, eaquæ quæ postea accesserunt legatariis non proficiunt §. 2. *l.*
d. L. Falcid. Verùm quia etiam ipsi cum creditoribus, & fideicommis-
sariis res est, illas omninò in inventario ponendas dixerim cum Coraf.

A

B

C 2

d. In-

1627-29

C *d. Invent. n. 23. Bacchov. vol. 2. disp. 12. th. 8. lit. F. Et Justin. in d. l. ult. §. 2. ibi, super his rebus. &c. consideravit id quod principalius est, & videtur intellexisse omne illud tempus, quod Inventarii confectionem antecessit. Bacchov. d. l. c.) Franc. Porcell. tractat. de Invent. c. 3. in princ. etiam nomina debitorum, & instrumenta, quibus ea continentur Schulden vnd die darüber haltende brieffliche Urkunden/per principia & ultima verba, so ansehend/so außgehend. Colleg. Jurid. Argent. l. 29. t. 2. th. 31. non tamen extense, ut loquuntur DD. Porc. d. c. 3. n. 3. Tholos. l. 46. c. 3. n. 7. Verum quia inventarium iustam debet continere rerum quarumvis descriptionem, non iniuriâ QUÆRITUR, an is qui unam rem omisit, inventarii beneficium perdat, ita ut in solidum teneatur? Et placet, per l. ult. §. 10. C. de jur. deliber. si heres duplum restituat, vel quantitate hereditatis computet, inventarii beneficium tunc amissum non esse, neque illud pro nullo haberi. Bacchov. d. l. quod communi etiam DD. calculo approbatum testatur Fachin. l. 4. controv. 37. quamvis contrariam fovens opinionem.*

20. Quod si Creditores vel Legatarii legitimis modis probare velint, amplius quid in hereditate contineri, quam in Inventario ab herede designatum sit, omninò eos audiendos placet, etsi probaverint id quod amplius hereditatis quantitati inest, computabitur: quod si heres illud vel surripuerit, celaverit, vel amovendum curaverit, in duplum restituere compelletur. (a) Sin verò dolum heredis non probarint, ita tamen ut probabilibus præsumtionibus ipsum oneratum, reddiderint, tum Judex ipsi iuramentum purgationis deferet. (b)

A a) *l. ult. §. licentia 10. C. de jure deliber. Hinc cautela & practica hodie recepta ut heres in primordio cōfectionis Inventarii hanc utatur protestatione, Ob etwas darein gebracht würde / das nicht darein gehörig / das es vor nicht gesetz gehalten / oder ob etwas darauß gelassen*

3
set würde/das darein gehörig / das es nicht auß gefahrde außgelassen
worden sey/sondern nachgehends darin verleibet werden solle. Colleg.
Juridic. Argent. l. 29. r. 2. th. 36. Hartm. Hartm. *practic. for. tit. 41. ob-*
serv. 3. Boc. *Clas. 3. dis. 11. th. 77.* De Jure Wirtemberg. quæ pœna he-
redem maneat, si quid dolosè celaverit, surripuerit, aut amovendum
curaverit, vid. eundem *th. 68.* b) *l. ult. §. licentia 10. ibique.* Sichard. *n.*
6. per text. si quis de gradu. 4. x. d. purg. Canon. vid. Gail. 2. observ. 106. n. 5.
Myns. 2. observ. 87. Atque ita in supremâ Curiâ Wirtembergicâ judi-
catum sub anno 95. 22. Nov. testatur Boc. *d. dis. th. 69.*

21. Ad ejus conficiendi ritum quatuor
(a) hæc potissimùm (b) requiruntur: I. Ut
intra certum tempus & incipiatur & absol-
vatur, (c) II. Ut conficiatur per personas
publicas, tabularios, seu notarios publicos,
(d) III. Ut convocentur omnes illi quo-
rum interest, (e) IV. Ut heres subscriptio-
nem supponat significantem & quantita-
tem rerum, & quod nullâ malignitate circa
eas ab eo factâ, vel faciendâ res apud eum
remaneant. (f)

a) *l. ult. §. 2. C. de jur. deliber. Nov. 1. c. 2. §. 1.* Sed cum in *d. l. ult.*
& QUINTI videatur mentio fieri, puta ut venerabile crucis signum
manu heredis præponatur, hinc QVÆSTIO oritur, num illius essentialis
sit solemnitas? Non putârim cum Mynsing. *ad §. sed nostra. lit. A. 1. de*
hered. qual. & differ. Treutl. vol. 2. disput. 12. th. 8. lit. C. RATIO est,
quoniam planè extrinsecum hoc est, neque necessum, ut omnia quæ
in *d. §. 2.* proponuntur æquali jure ad valitandum inventarium requi-
rantur, Bacchov. *ad d. loc. Treutl. b)* sunt & aliæ quædam solennitates
in inventarii confectioe attendendæ, quæ enumerantur in *d. l. ult. de*
quibus Obrecht. disput. 20. th. 531. usque ad 569. Giph. *ad l. ult. §. sin au-*
tem. C. de jure deliber. quarum hic effectus ut omissio illarum vitiet in-
ventarium ex ratione juris civilis, quoad eum effectum ut heres sine
periculo sit; de quo hîc disputatur, Bacchov. *vol. 2. disput. 12. th. 8. lit. C.*
Sed si consuetudinem attendas, Mynsing. *decad. 8. consil. 79. n. 51.*

C 3

per

1627-23

per quam juri civili derogari posse non dubitatur. Bruckm. *vol. 1. consil. 47. n. 18. usque ad 28.* c) puta, si res præstò sint, ut intra 30. dies post apertas tabulas, vel postquam nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam sibi ab intestato hereditatem cognoverit, numerandos, exordiū capiat, & intra alios 60. dies modis omnibus impleatur, *d. l. ult. §. 2. & 11.* Sin autem à locis in quibus res hereditariæ, vel maxima pars earum posita est, heredes abesse contigerit, tunc eis unius anni spacium à morte testatoris numerandum dabitur ad huiusmodi inventarii confectionem *d. l. ult. §. 3. & 11. Bocer. Class. 3. disp. 11. th. 66.* Sufficit tamen licet tardius cœptum, intra tres menses perfectum esse: RATIO, quia quando plures dantur dilationes ad unam rem, & unum finem, ultima tantum est peremptoria, & cum non inter sit legatariorum aut creditorum, reparationi locus esse debet, & ita prima dilatio non peremptoria, sed admonitoria est, Bacchov. *in not. ad Treutl. vol. 2. disp. 12. th. 8. in princ. ibique alleg.* Bald. Salic. & Jas. Moribus quoque nostris aliquando etiam prorogatio istius temporis, ex causis tamen legitimis, petentibus à Magistratu concedi solet Giph. *ad d. l. ult. §. sui autem. C. de jure deliber.* Sed QVÆRITUR hinc an tempus illud triginta dierum currat ex eo quo quis cognovit hereditatem sibi delatam, an verò à die aditæ hereditatis? Prius affirmarim, cum Obrecht. *disput. 20. thes. 536. Treutl. vol. 2. disput. 2. th. 8. lit. D. Colleg. Juridic. Argentor. l. 29. th. 32. in princ. Fachin. 4. contr. 35.* per textum expressum *in d. l. ult. §. 2.* RATIO, quia sine periculo statim hereditatem adire potest, proindeq; meritò illi imputari debet si inventarium non confecerit, nisi tamen citra culpam suam distulerit adire hereditatem. Fachin. *d. l. d) l. ult. §. 2. C. de jure deliber.* Et sic non sufficit scriptura privata etiam si posset probari per testes, Francisc. Porcell. *de invent. c. 2. n. 3.* NON TAMEN propterea quod dicti textus in plurali numero loquuntur pluralitas tabellariorum hinc colligenda erit: RATIO, quia leges respiciunt quàm plurimos in futurum casus, & generale, ac regulare hoc est, ut ad unum actum unus sufficiat notarius, Bacchov. *vol. 2. disp. 12. th. 8. lit. E. ibique alleg.* VERUM cum in *l. de creationibus 27. C. de Episcop. audient. & in l. tutores. 24. C. de administr. tutor. publicè* & per publicas personas conficiendi inventarii mentio fiat, JUDICIS quoque PRÆSENTIA necessaria hinc Angel. *d. In. n. 11.* videtur. Sed cum nimis indecens & molestum foret judicem occupari in eâ re, quæ plures dies plerumq; requirit, hinc rectè illi quos recenset Roland. à Valle. *de invent. p. 3. §. presentia judicis 59.* contrarium tenent; in primis, cum ipso etiam Angel. teste *d. l. nec textus l. ult. §. 2.* neque ullus alius mentionem faciat præsentiae judicis, sed solum heredis & testium, & tabellariorum, & legatariorum, & creditorum.

torum: nec igitur & nos debemus aliam solemnitate[m] inquirere, quam
lex desideravit. e) puta creditores hereditarii, legatarii, vel fideicom-
missarii aut eorum loco procuratores, seu mandatarii (ihre Vollmacht)
si personæ ratio sit habenda, ut ait Irner. *Auth. sed cum testator. C. ad L.
Falcid.* id est, si fortè dignitas personæ postulet v. g. si sit illustris cui
haud convenit, ut ipse sit præsens talibus minutis rerum perscru-
tandis, & rimandis, aut si sexus verecundia obstet. Colleg. Juridic. Ar-
gentor. l. 28. r. 2. th. 32. ATQUE ut extra periculum sit heres, hi omnes
ut CITENTUR curare debet, vel in faciem, vel quia de omnibus consta-
re vix potest, per publicum proclama, aut Edictum, Francisc. Porcell.
de invent. c. 2. n. 3. & seqq. Quod si quidam ABSINT eorum loco testes
non minus tres integræ exultimationis (gute unberückthige Biderseu-
te) & substantiam possidentes adhiberi debent, *Novell. l. c. 2. §. 1. Bocer.
Clas. 3. disp. 12. th. 66.* iudicis arbitrio æstimandi *arg. l. 1. §. 2. ff. d. jure de-
liber. f) l. ult. §. 2. C. de jure deliber.* Quod si heres LITERAS PIN-
GERE nesciat, vel fortè fortunâ subscriptionem ipse apponere nõ pos-
sit, tum specialis tabularius ad hoc solùm adhibeatur, ut pro eo literas
supponat; testibus quoque assumendis qui heredem cognoscant, & ju-
bente eo tabularium pro se subscribere inter sint *d. §. 2. Coronidis loco*
hoc notandum generaliter, modò relatas juris solemnitates nõ ita stri-
ctè & ad unguem attendendas jure moderno Mynsing. *decad. 8. consil.
79. n. 51.* sed sufficere pro more cujusque loci confici: RATIO, quia
forma & solemnitas juris potest à consuetudine absque dubio remitti.
Phanuc. *de Phanuc. tractat. de invent. p. 3. n. 80.* Bruckm. *vol. 1. consil. 47.
n. 18. usque ad 28. & ferè per totum,* quod quia utilissimum, in practicâ
diligenter notandum notat Schneidvv. *l. d. hered. qualit. & differ. §. ex-
tranei. n. 18.* In Marchiâ Brandeburgensi quomodo Inventarium con-
fici solitum sit, vid. Bruckm. *d. Consil. 47. n. 7.* Item quomodo juxta sta-
tutum Wirtembergic. Boc. *Clas. 3. disp. 11. th. 66. lit. G.* quomodo juxta
statutum Norberg. Colleg. Juridic. Argent. *l. 29. rit. 2. th. 33.*

22. Ritè jam confecto Inventario pluri-
ma commoda (a) heres (b) percipit, qualia
sunt cum primis hæc, quòd sine damno &
periculo hereditatem habeat, hoc est, non
teneatur Creditoribus & Legatariis ultra
vires hereditarias; (c) Legis Falcidiæ benefi-
cio

E

F

1627-23

cio in legatis uti possit, (d) nisi contrarium voluerit testator, (e) Impensas quas in funus, in testamenti insinuationem, in inventarii cōfectionem vel alias necessarias causas hereditatis approbaverit sese persolvisse, jure suo retineat; (f) Obligationes item ut actiones quas contra defunctum habet salvas possideat; similemque cum aliis creditoribus per omnia habeat fortunam; (g) hereditatem censerī jacentem faciat; (h) Creditoribus & Legatariis rem vel pecuniā solvere queat, (i) aliaque plurima. (k)

- A** a) Inque eum finem à Justin. inventum; nam quia veteris juris deliberandi magna fuit difficultas, adeò ut facilè deliberantibus offerri quippiam posset, in quo impingerent, putantes lucrosam se adire hereditatem, quæ postea serò nimis apparebat damnosa propter latens aditionis tempore æs alienum, *l. ult. in princ. C. de jure deliber.* Idcirco Imperator constituit, ut potius heres Inventarium conficiat, ejusque beneficio quamvis hereditatem adeat, *d. l. ult. §. 2.* HODIE verò generali Germaniæ consuetudine, præsertim iis in locis ubi non adeò magnam necessitatem esse Inventarii ex parte heredis conficiendi, *supr. th. 17. lit. A.* notatum est, finis hic verè immutatus reperitur, aliusque in locum ejus introductus, publicum nimirum interesse, die *Stachstewr*: ut jam non tam propter creditores hereditarios, legatarios, aut fideicommissarios, quam propter interesse publicum von wegen der *Stewr vnd Lösung* conficiatur Inventarium; eaque ratione constet de quantitate patrimonii an etiam in censu agendo defunctus fideliter bona sua indicaverit. *Colleg. Argent. l. 29. r. 2. th. 34.* b) etiam fideicommissarius; namque & hunc, dummodò velit esse securus, debere inventarium conficere, si ab herede sit omissum, ut & ab herede confectum illi proficere existimo, etiam citra cessionem, quod probat *Coral. d. Inv. n. 26. Fach. l. 6. contr. 31. Treutl. vol. 2. disp. 12. th. 9. lit. A.* ibiq; *Bacchov.* RATIO 1. quia inventarium fit in rem propter creditores hereditarios. RATIO 2. quia restitutâ hereditate pro ratâ transeunt actiones

actiones in fideicommissarium, quæ in heredem ante competebant,
§. sed quia. l. d. fideicom. hered. RATIO 3. quia inventarii beneficium he-
redi tacitam exceptionem parit, ne scilicet integra legata solvere tenea-
tur, neve Falcidiam detrahere prohibeatur, quæ sine ullâ cessione in
fideicommissarium transit, l. sicut. 8. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothec.
solvit. c) §. extraneus. 5. l. de hered. qualitat. & differ. l. ult. §. nisi prafa-
tam. 4. C. de iure deliber. cum aliâs illo non confecto omnibus in soli-
dum hereditariis oneribus teneatur, d. l. ult. §. sui autem. 14. Nov. 1. c. 2.
§. 2. etiam in FORO CONSCIENTIÆ: RATIO 1. quia sese ad hoc
conditione hereditatis, & per illam quasi contrahendo cû legatariis, cre-
ditoribusve obligavit: RATIO 2. quia sibi imputare debet quod sa-
luberrimum illud remedium ab Imperatore concessum neglexit; Nisi
fortè minor ille sit; cui ut in omnibus aliis juris articulis, ita & in hoc
omnino succurritur ex generali Edicto quod est de minoribus viginti
quinque annis, l. necessariis. 57. §. 1. ff. de acquir. vel omitt. heredit. R A-
TIO, quia longè esset iniquissimum, tutorum, vel curatorum negli-
gentiam, quâ factum est, ut aut omnino non, aut non debito modo cõ-
ficeretur inventariû, pupillis, minoribusve nocere, atq; obesse. Bruck.
vol. 1. conf. 47. n. 35. Alios de Iure civili casûs, quando hereditate ex testa-
mento citra beneficium inventarii aditâ, heres non teneatur facto de-
functi acquiescere, vid in Colleg. Iurid. Arg. l. 29. t. 2. §. 30. d) d. l. ult.
§. 4. quam non deduceret non confecto inventario d. l. ult. §. sin verò 12.
S E D an heres ob omisam inventarii confectioem perdat Trebellia-
nicam, non usq; quaq; expeditum videtur? Interesse puto an heres pu-
rè, an sub conditione, vel ex die restituere fuerit rogatus; I L L O C A S U
negativam fovere nihil prohibet: RATIO, quia heres ideo inventarii
confectioem omisissè præsumitur, quod confestim hereditatem sciret
esse restituendam, adeoq; ad fidei commissarium potius onus illud per-
tinere existimaret; H O C verò C A S U aliquantulum obscura res est,
placet tamen affirmativa, cum Cacher. decis. 147. n. 8. ubi 60. authores
citât, qui huic sententia subscribunt; & RATIO 1. est, quia ratio Novell.
1. c. 2. §. 2. obtinet non modò in singularibus, sed etiam universalibus,
fideicommissariis h. e. non modò in Falcidiâ, sed etiam Trebellianicâ:
RATIO RATIONIS, quia toto jure civili non reperitur expressum
Trebellianicæ nomen: sed semper simpliciter quarta, aut Falcidia ap-
pellatur. Colleg. Iurid. Argent. l. 29. t. 2. th. 36. RATIO 2. quia heres
præsumitur ex hereditate jam quartam consequutus: RATIO 3. quia
eo modo liberè grassandi facultas in hereditate heredi conceditur, id
quod fas & jura non sinunt. Bacchov. vol. 2. disp. 12. th. 9. lit. A. Negati-
va verò in Camera approbata, teste Mynsing. 3. observ. 60. Vicina est

D

huic

1627-23

Hinc quaestio: An legitimam ex causa non confecti inventarii, amittant liberi, sive ut apertius dicam, an praesumptioni Justiniani, hereditatem esse solvendo, heredemque multa malignatum in ea, hic quoque locus relinquendus? Et sane propter generalitatem constitutionis Justin. illud negare, sicque ad heredem extraneum restringere velle foret perdifficile. Et quia liberos quoque ad confectionem inventarii devinctos reddit generalis Justin. constitutio, vix ac ne vix quidem fieri poterit quin omissa ea in solidum creditoribus hereditariis teneantur; adde Rationem & hanc, quod hoc in casu filius non amittere legitimam, sed eam jam praesumatur habere integram; vid. Bacchov. vol. 2. disp. 12. th. 9. lit. A. e) Nov. 1. c. 2 §. si verò expressim. Quod si pupillariter substitutus inventarium confecerit, quod à pupillo intermissum erat, legata à pupillo relicta solida tenetur praestare; à se verò relicta, quadrante Falcidiano retento. Quod si inventarium pupillus ipse confecerit, pupillariter substitutus non eò minus à confectioe ejus erit immunis, nisi Falcidiam perdere, & ultra vires hereditatis velit teneri, Colleg. Jurid. Argent. l. 29. s. 2. th. 34. f) l. ult. §. in computatione 9. C. de jure deliber. Porc. de invent. c. 4. n. 8. Quod etiam Bald. notabiliter extendit in l. in restituenda 4. C. de petit. heredit. ad expensas in agrotum factas, idque valde esse notandum pro Scholasticis, & hospitibus scribit idem Bald. citatus hic à Sichard. ad d. §. in computatione 9. n. 2. Oportet tamen heredem illas omnes probare per testes, vel instrumenta, aut juramentum; si nimirum per unum testem vel alio modo jam semiplenè probaverit, aut expensae probandae sint minutae, & jurans bonae fidei, ac integrae famae, Sichard. d. l. n. 6 & 7. Huc pertinet illa Quaestio, An heres qui inventarium confecit, possit etiam detrachere sumptus factos in litigando contra praetendentem se heredem? Negativa videtur approbanda; RATIO, quia heres suam agit causam, nihilque hoc ad creditores, & legatarios attinet, quorum nihil interest, quisnam heres sit, nisi fortè ubi oppugnato testamento (quo everso legata quoque corrumpuntur l. filio praeterito. 17. ff. d. injust. rupt. irrit. fact. testam.) ad causam intestati res foret reditura. Bacchov. vol. 2. disp. 12. th. 9. lit. B. in fine. SECUS in impendiis litigando factis adversus praetendentem se creditorem: RATIO, quia tum legatariorum intererit, quibus non nisi deducto aere alieno legata praestantur, §. cum autem. 3. l. de L. Falcid. Sichard. ibid. n. 5. qui malè hos duos casus confundit. g) temporis tamen praerogativam inter creditores servandam, d. l. ult. §. 9. Et RATIO, cur confusio obligationum impediatur, est, quia inventarium in heredis favorem introductum, non debet detorqueri in odium ipsius. Colleg. Jurid. Argent. l. 29. s. 2. th. 34. n. 3. RATIO 2, quia confectio inventarii heredem in eo statu

eo statu constituit, propter ipsius commodum, quo fuit ante hereditatis aditionem Obrecht. *disp. 20. hb. 608.* HINC rectè inferitur à Bald. illum heredem, qui etiam defuncti creditor est, posse sibi ipsi primo loco solvere, vel rem hereditariam in solutum dare. *arg. l. creditoris. 8 ff. de distract. pignor. l. fistulas. 78. §. 1 ff. de contrah. empt.* referente illud Obrecht. *d. l.* SED annè etiam in Feudalibus, æquè ut in allodialibus, omne jus heredi conservabitur integrum per solemnem inventarii confectionem? Placet quod ita cum Cacher. *consil. 12. n. 17. h)* cui consequens est ut dilatoria heredi contra creditores & legatarios detur exceptio; nullo scilicet ex hoc intervallo creditoribus hereditariis circa temporalem præscriptionem præjudicio generando, *l. ult. §. 11. C. de jure deliber.* Quod etiam observatur JURE SAXON. quo intra trigesimum à morte testatoris diem nulla exactio, petitio, divisio hereditatis nomine, nec familiæ ejus mutatio, aut obligatio fieri potest. Wesenb. *in parat. ff. de jure deliber. in fin. per text. ibid. alleg.* Huc referri non injuria potest Quæstio, an heres, intra tempus quo inventarium conficit, in rem actione conveniri queat? & non posse placet cum Fachin. *6. contror. 27.* RATIO 1. est, quia neque ut heres, neque ut possessor conveniri intra illud tempus potest; non ut heres, quia etiamnum jacet hereditas; non ut possessor quia nec dum heres: RATIO RATIONIS, quia non potest intelligi alio quàm heredis titulo is possidere, qui hereditate sibi dilatà inventarium conficit: RATIO 2. quia cum *l. ult. §. 11.* arceantur à jure suo persequendo creditores & legatarii qui actionem habent tã certam, tantoque favore dignam, alii etiam quorum fortè causa non æquè favorabilis, aut privilegiata arceri videtur: RATIO 3. quia quamvis verba, *l. ult. §. 11.* nobis non inserviant, suadet tamen legis ratio, quæ talis; quòd heres occupatus sit tum temporis in inventario conscribendo, citandis creditoribus & legatariis, rebus inspiciendis & observandis; quæ certè omnia cum summâ opus habeant vigilantiam, ac assiduitate, interea heredem inquietari foret iniquissimum. *i) d. l. ult. §. 4. 5. 6 & 7.* Sicque adversus *l. 2. §. 1 ff. de reb. credit.* aliud pro alio invito creditori solvere poterit. Ex hoc CONSECTARIUM tale deducitur; ut, si is cui certa debetur pecunia, & heres pro eâ rem aliquam illi offerat, accipere illam detrectet, ab eoque pecuniam judicio exigat, plus causâ petere videatur: RATIO est, quia qui debet illud vel illud, & sic alternativè obligatus est, ille optionem habet utrum solvat, *§. plus autem. 34. l. de action.* Obrecht. *disp. 20. hb. 593. & seqq.* EXCIPE tamen, nisi i. legatum in certâ re, corpore, vel specie consistat; tum enim si extat præcisè tradi debet; RATIO, quia id voluntati testatoris convenit, quæ legis instar servanda: SI non extat, neque tradere tenetur; RATIO, quia de-

D 2 bitor

1627-23

bitor speciei interitu illius liberatur, *l. quod te. 5. ff. de reb. credit. l. si ex legati. 23. ff. de V.O. 2.* Si in hereditate pecunia legata extet; tum enim heres tenetur pecuniam solvere. *Nov. 4. c. 3.* RATIO, quia id ultimæ testatoris voluntati convenit. *Obrecht. d. disp. th. 513. & seqq. Sichard. ad d. l. ult. §. & si præfatam. 4. n. 10. 11. & 12. k)* de quibus vid. *Obrecht. d. disp. 20. th. 573. usque ad 624.*

23. Magnam cum hoc nostro inventario affinitatem habent I. Inventariū quod fit de bonis confiscatis; (a) II. Inventarium quod fit ab Episcopo pecuniam in captivorum redemptionem testamento constitutam exigente; (b) III. Inventarium quod fit à tutore pupilli, vel curatore adolescentis; (c) IV. Inventarium quod à curatoribus cōficitur; (d) V. Inventarium quod creditores faciunt de bonis debitoris. (e)

- A) *l. si quis. 7. C. de bon. damnat. l. ult. C. de bon. vacant. l. 10. t. 10.*
B.C) *l. nulli. 28 § 2. C. de Episc. & Cleric. c) l. tutor. 7. ff. de administr. & peric. tutor. l. tutores. 24. C. eod. d) sive is ventri datus, sive bonis. l. 1. §. curatore. 26. ff. de ventr. in possess. mittend. l. 1. §. 2. ff. de cur. bon. dand.*
D) *l. cum plures. 15. ff. de reb. author. judic. possid.*
E)

24. Contraria ipsi sunt I. Dolus malus heredis; (a) II. Prohibitio testatoris (b) & III. omissio solemnitatum facta à Tabulario. (c)

- A.B) *v. supr. th. 20. b) RATIO 1. quia testator prohibere potest ne fideicommissarius exigit cautionem fideicommissi servandi causā ab herede dari solitam, quæ æquè in fideicommissarii favorem introducta, ac confectio inventarii in favorem heredis: RATIO 2. quia quævis conditio institutioni apposita licet heredi valdè gravis, dummodo legibus, aut bonis moribus non contraria, impleri debet, *l. condiciones. 14. cum seqq. ff. de condit. Instit. Colleg. Jurid. Arg. l. 29. t. 2. th. 36. n. 2.**
C) *quæ tamen heredi non nocet, si aliàs nihil ipsi imputari possit, Hil- lig.*

Fig. Donell. Enucl. lib 7. c. 3. lit. E. Et hæc de Inventarii beneficio; sequitur nunc

DE BENEFICIO COLLATIONIS.

25. Beneficium collationis (a) est jus (b) à Prætorè (c) introductum res proprias (d) in commune inferendi ut hereditati communi permixtæ (e) inter omnes coheredes æqualiter dividantur. (f)

a) Vocabulum conferendi, & collationis quamvis aliàs variè usurpetur, veluti notat Trentl. vol. 2. disp. 17. th. 1. lit. A. duobus tamen modis in titulo ff. & C. d. Collat. in primis accipitur: priori quidem modo collatio accipitur pro confusione bonorum priorum cum paternis, definiente ita Cujac. in paratit. ff. d. Collat. per l. si deportatus. 8. C. d. bon. proscriptor. l. si soror 8. C. h. t. posteriori verò modo conferre denotat, sic aliquid transferre in alterum, ut is collatum totum retineat, sibiq; habeat l. 2. §. 6. ff. h. t. Colleg. Iurid. Arg. l. 37. t. 6. th. 1. ejus frequens hodie usus, quamvis veteri jure frequentior fuisse videatur; ut apparet ex iis quæ trad. Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 5. & 6. b) Potest etiam defini per Actum: R A T I O, quia quovis modo collatio fiat, ipsa collatio est actus, arg. l. labeo. 19. ff. D. V. S. Boc. Claß. 3. disp. 13. th. 1. lit. B. c) R A T I O istius introducendi fuit 1. quia emancipati omnia sibi ipsis, filii verò in potestate retenti omnia patri acquirebant: R A T I O 2. quia prætor ad bonorum possessionem contra tabulas emancipatos admittebat participesque faciebat cum his qui erant in potestate, bonorum paternorum, Wesenbec. in paratit. hic. n. 1. Cujac. in paratit. C. eod. Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 1. lit. F. Ius hoc à Prætorè primò inductum, partim Jctorum interpretationibus, l. 10. ff. h. t. partim Impp. Constitutionibus, l. 1. in princ. ff. d. dot. collat. l. liberis. 17. C. h. t. extensum & ampliatum postea fuit: d) l. 1. in princ. l. 3. §. 3. ff. h. t. l. ea demùm. 6. C. eod. idq; de jure veteri. Iure verò novo quod habetur in l. ult. C. h. t. cum non nisi profectitia conferantur, ut infr. th. 30. lit. C. dicetur, quæ propria non esse constat, Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 1. lit. A. definitio hæc aliter formanda erit, & in locum proprias substituendum profectitias V N O T A M E N C A S U etiamnum hodiè verificatur hæc definitio nimirum in collatione dotis à matre, vel aviâ maternâ datæ, juxta l. illam. 19. C. h. t. e) R A T I O, quia collationi tantùm locus est inter coheredes, non inter eos qui titulo particulari aliquid accepêrunt, neq; inter se invicem,

D 3. neque

1627-23



neq; cum heredibus, *l. per ff. d. Collat. dot. l. à patre. 10. C. h. t. Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 1. lit. D. f*) Idq; inprimis de jure veteri, quo non nisi inter succedentes ab intestato collationi relinquebatur locus. **C A T E R U M** postquam hodiè etiam ex causâ testamenti in quo pater liberos etiam ex in æqualibus partibus heredes instituere potest, collatio procedit, sequitur æqualitatem hanc in rei collatæ divisione, non usquequaq; obtinere: **R A T I O**, quia per collocationem efficitur res hereditaria, & perinde habetur, ac si tempore mortis in bonis patris fuisset. *Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 1. lit. E:*

26. Collationi porrò locus est inter solos (a) descendentes, (b) qui volunt esse participes bonorum defuncti parentis, non solum emancipatos (c) aut alio modo patriâ potestate liberatos, (d) sed & suos (e) sive illi sint filij, filiæve, (f) sive nepotes, aut pronepotes, (g) ex filiis etiam emancipatis, sive sint instituti, sive exheredati, (h) sive eodè, sive diverso jure succedant. (i)

A a) Hinc ergò rectè excluduntur ascendentes, multoq; magis collaterales: **R A T I O 1.** quia collatio bonorum inter ascendentes, & collaterales initio non constitit, *l. 1 ff. d. Collat. neq; postea novis Imp. constitutionibus ad ascendentes extensa fuit: R A T I O 2.* quia in *Nov. 18. c. 6.* non nisi æqualitatis inter liberos servandæ fit mentio. **b)** etiam quando matri vel aviæ maternæ succedunt, *l. ut liberu. 17. l. illam merito. 19. C. h. t.* Et ratio hujus collationis inductiva fuit sola æqualitatis cõsideratio sc. in bonis quæ à matre vel aviâ ad aliquem ex liberis pervenerunt, quippe cùm olim ratione hâc non animadversâ secus fuerit, cessante videlicet alterâ ratione inductivâ, injuriâ sc. & ratio erat, quoniam liberi matri non acquirunt, nec ex *l. 12. tabb.* sed ex *SCto* & constitutionibus, ex quibus par omnium liberorum est ratio, succedunt. *Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 2. lit. A.* Hæc quæ de collatione tum, cùm liberi matri, vel aviæ succedunt, faciendâ dicta sunt, etiam vera sunt quando ex primâ parte Unde liberi tempore vel repudiatione exclusi, ex aliâ parte Unde cognati succedunt: **R A T I O 1.** quia quocunque ex capite veniant liberi adhuc tamen procedit æqualitatis conservandæ ratio

ratio, *l. ut liberi. 17. C. h. t.* RATIO 2. quia liberi etiam ex hoc capite
veniunt jure liberorum, *l. de bonis. 6. §. 2. ff. de Carbon. edict.* RATIO 3.
quia aliàs clusoria posset reddi necessitas conferendi: RATIO 4. quia
quoties concurrunt causa naturalis & accidentalis, toties attenditur
causa naturalis, *l. 3. in princ. ff. de tutel. Hunn. vol. 2. resolut. Treutl. disp.*
17. th. 2. q. 2. c) l. 1. & alibi passim. ff. & C. h. t. sive Justinianea eman-
cipatione sui juris factos, sive Anastasianâ, *l. liberos. 18. C. h. t.* (quâ ipsi
reservatur jus legitimarum hereditatum, *l. si ab eo. 11. C. de legit. heredit.*)
Cujac. *18. observ. 18. d) l. liberos. 18. C. h. t.* Quo loco Bart. Bald. & Ale-
xand. sententiam legis istius ad illum quoque, qui juxta *l. ult. C. de de-
cur. l. 10. t. 31.* summo Patriciatûs honore vel juxta *Nov. 81.* codicillis cõ-
sularibus porrectis, aut alio modo sacris paternis liberatus est, haud
ineptè porrigunt; ut & Fachin. *5. controv. 78. §. nona conclusio.* RA-
TIO hæc est, quia cû omnibus hisce modis emancipationis effectus ipsi
obveniat, pro vere emancipato erit habendus. *e) l. filia. 12. l. ut liberi.*
17. C. h. t. S E C U S de jure veteri, quo inter suos cessabat causa collatio-
nis inductiva. V E R Û M quia novissimo jure tantum consideratur æ-
qualitas, & hi conferre tenentur, licet ea non sit vera collatio: RATIO,
quia adventitium peculium non confertur, *l. ult. C. h. t.* profectitium
autem in hereditate continetur. *d. l. 12. C. h. t.* Colleg. Juridic. Argent.
l. 37. t. 6. th. 4. n. 8. & 10. E X C I P E tamen casum qui habetur *in fr. th. 30.*
lit. C. f) etiam in adoptivâ familiâ constituti, non tamen ipsi, sed is
in cujus adoptivâ familiâ sunt, *l. 1. §. is quoque. 14. ff. h. t.* Ita quidem in-
definite Tribonianus *in d. §. 14.* sed videamus annon specialitas quædã
lateat in illo §. & certè cû filius adoptivus, qui eo tempore quo pater
naturalis moritur in familiâ adoptivâ etiamnum est, ne jure quidem
prætorio naturali patri succedere queat, *§. at hi. 10. & §. eadem. 12. l. de*
heredit. qua ab intest. jubare meridiano clarius hinc apparet, *d. l. 1. §. 14.*
restringendam ad talem casum, quo filius adoptivus à naturali patre,
qui alium filium sive suum, sive emancipatum præterit, testamento
facto institutus fuit, utpote cum Prætoris Edictum ad hunc modum
fuerit conceptum, ut beneficio præteriti, etiam institutus rectè petat
bonorum possessionem contra tabulas, quemadmodum eruditè id ex-
plicat Bacchov. *vol. 2. disp. 15. th. 3. lit. A. v. multò minùs institutis:* RA-
TIO N E S quæ restrictionem hanc cõfirmant sunt hæc, 1. quia *in. d. §. 14.*
dicitur si adoptivus pater ante bonorum possessionem petita sine frau-
de emancipaverit eum, tum non cogi ad collationem, cû tamen ex-
peditum sit filium etiam post mortem patris naturalis ab adoptivo pa-
tre emancipatum, & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo
magis liberorum gradum nancisci, *§. ut hi. 10.* hoc est, nec undè liberi,
nec.

C

D

E

F

1627-23

nec contra tabulas bonorum possessionem petere posse, d. § eadem. 12.
 1. de hered. qua ab intestat. RATIO 2. quia in d. l. 1. §. 14. ipsi in arbitrio
 libero constituitur utrum mavelit contra tabulas bonorum possessionem
 recipere: quo ipso innuitur illum haud fuisse præteritum, sed in-
 stitutum, sicque beneficio fratris præteriti bonorum possessionem cõ-
 tra tabulas petere potuisse: RATIO 3. quia idem omninõ traditur ab
 Ulpian. in l. non putavit. 8. §. in adoptionem. 11. ff. de bonor. poss. §. contr.
 tabb. qui & ipse hujus legis ex eodem libro. 40. ad Edictum desumptæ
 author est. Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 3. lit. F. g) per text. l. si nepotes. 7.
 ff. h. t. l. 1. §. penult. & ult. ff. de conjung. cum emancip. liber. Fachin. 5. con-
 trov. 78. §. septima conclusio: Colleg Jurid Argent. l. 37. t. 6. th. 4. n. 3. &
 seqq. idque non solùm inter se, sed & patruis, amitis, avunculis, mater-
 teris, & hi illis vicissim, l. illam. 19. C. h. t. ibiq. not. per Gothofr. Vit.
 Nemauf. tract. de Collat. q. 24. & 25. NEPOS etiam qui post mortem
 avi editus conferre tenetur ea omnia, quæ à patre suo accepit, si eius
 nomine avitam affectet hereditatem, l. 2. ff. h. t. quod & in nepote post
 mortem avi concepto affirmandum, qui patri iam delatam possessionem
 bonorum, forte etiam, iam tum agnitam, persequitur: RATIO, quia is
 non jure proprio, sed alieno, patris sc. non tam petit, quàm persequitur
 bonorum possessionem. Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 3. lit. G. v. idem de ne-
 pote. Quod si pluros sint nepotes, omnes etiam illi ut unus conferunt,
 illisque vicissim una portio confertur: textus est in l. 2. §. si duo nepotes.
 7. l. si nepotes. 7. ff. h. t. junctâ. l. 1. §. si sit filius. 16. ff. de conjung. cum eman-
 cip. liber: RATIO, quia cum ex uno patre nati sint, unius patris locum
 tenent. h) Puta, cum obtinuêrunt in querelâ inofficiosi, l. ut liberis.
 17. C. h. t. i) veluti, unus ex testamento, alter ab intestato contra te-
 stamentum per l. si filius. 10. ff. h. t. Fach. 5. contr. 77. §. secunda conclusio;
 quamvis non jure summo, sed ex æquitate ibi collatio facienda dica-
 tur; secus de jure novissimo quod habetur in Nov. 18. c. 6. quo mero jure
 collatio facienda.

27. Et quanquam jure veteri ex Edicto
 collationi tantùm locus erat in successione
 ab intestato; (a) id tamen hodiè immuta-
 tum, (b) sicut etiam heredes ex testamento
 sibi invicem conferant, nisi fortè testator col-
 lationem expressè remiserit, (c) vel extra-
 neus heres institutus sit. (d)

a) *l. 1. ff. b. t. l. filia 4. C. h. t. nisi ut & ab his qui testamento heredes scripti erant, collatio fieret, specialiter designaverit pater l. filiam 7. C. h. t. vel portio institutorum commisso per alium edicto aucta fuerit, l. 3. ff. d. dot. collat. l. non putavit. 8. §. ult. ff. d. bonor. possess. contr. tab.* VERUM an stante hac nostrâ assertione codicillis quoq; olim impeditata fuerit collatio, quæstionis est? Et verius videtur codicillis quidem factis jure veteri collationi locus fuisse: RATIO, quia succeditur ab intestato; ea verò, quæ codicillis uni ex liberis relicta, in collationem non venisse: RATIO, quia cuivis extraneo relinqui potuissent. Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 4. lit. A. v. an igitur codicillis. b) per Novell. 18. c. 6. a. h. ex testamento C. h. t. quamvis & ante Nov. istam collationis jus ultra primævam suam naturam ex rescripto Divi Pii & æquitate fuerit productum per *l. 1. in princ. ff. de dot. collat. & l. si filius. 10 ff. b. t.* c) Quod ut expressè faciat necessum est, neque in dubio id fecisse præsumitur, Treutl. vol. 2. disput. 17. th. 4. lit. C. Expressam autem voluntatem intellige vel directò inhibentibus verbis, vel æquipollentibus, ex quibus de mente testatoris, & voluntate constare possit; etiam generalibus, veluti si testator inter filium & filiam omnia sua bona divisit, & longè amplius filio contulit, quàm filia, hac causâ adjunctâ, quod filia dotem acceperit; certè satis hinc intelligitur, eum dotem à filia conferri noluisse, *l. ex parte. 39. §. 1. ff. famil. hercisc.* d) RATIO 1. quia nullâ lege cautum reperitur, facit *l. illam. 19. C. h. t. v. quod nulla constitutio.* RATIO 2. quia collationis ratio tum ex jure veteri, tum ex jure novo cessat: ex jure veteri quidem, quia extranei instituti nullam injuriam faciunt liberis, nec quicquam parentibus eorum acquirere potuerunt; ex jure verò novo, quia Justinianus inter liberos invicem, non inter liberos & alios requirit æqualitatem. Etsi autem hoc in casu extraneus filiis non conferat, nihilominus tamen filii inter se conferre tenebuntur: RATIO, quia per coheredis adjectionem non tollitur ratio juris novi quæ inter liberos æqualitatem vult observari, neque per illam remissio collationis induci potest. Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 4. lit. D.

28. Et conferendum est suis (a) in potestate retentis, non tantum vivo patre natis, sed & posthumis. (b) Non verò I. Emancipatis, (c) Non II. Exheredatis; (d) Non III. Heredi heredis, si hic ante acceptam bono-

E rum

1627-23

rum possessionem contra tabulas mortuus sit. (e) Cæterum nepotes, & neptes variis variè conferunt. (f)

- A** a) l. 1. in princ. l. 2. §. 2. & 3. ff. h. t. l. posthumus. 11. C. h. t. si modò & ipsis bonorum possessio contra tabulas data sit, l. 1. §. 1. aut dari potuerit, ut cunque ex testamento adierint, aut potius se immiscuerint, l. si filius. 10. ff. h. t. Quod tamen ex Edicto proficisci haud putandum est, sed ex æquo & bono sive ex interpretatione d. l. 10. dummodò injuria per petitam ab emancipato bonorum possessionem contra tabulas ipsi inferatur: RATIO quia quotiens emancipatus eum, qui in potestate remansit, nullum facit perpeti incommodum, totiens collatio cessat,
- B** l. 1. §. totiens. 5. ff. h. t. b) l. posthumus. 11. C. h. t. non quidem cum adhuc in utero sunt, & mater in possessionem missa est, sed quando jam nati sunt, l. ult. ubi Cujac. ff. h. t. c) l. 1. §. ult. l. 3. §. 2. ff. h. t. l. si emancipatus. 9. C. eod. RATIO, autem cur sui suis conferant, emancipati emancipatis non conferant, hæc est, quia suos eos tantum fungi collationi, qui proprium aliquid habent, & in eo quod proprium habent, pro emancipatis, sive patribus familiæ haberi & quasi emancipatos id inter se conferre, constat. Reliqua verò bona emancipati invicem non conferunt cum alter alteri non sit incommodo, vel oneri; ut puta quia jura eorum sunt omnimodò paria, exceptâ dotè & donatione propter nuptias, profectâ à parente illo in cujus bona veniunt, ne meliore conditione sint, quàm sui, qui & illa inter se conferunt. Cujac. in paratit. C.
- D. E. F** h. t. d) l. filium. 20. §. 1. ff. h. t. e) l. 1. §. ibidem Iulianus. 8. ff. h. t. f) aut enim omnes sunt emancipati, & tum bona sua ab avo ad se profectâ conferunt soli patruo, l. 2. §. si duo nepotes. 7. ff. h. t. aut unus emancipatus alter suus, & tum emancipatus soli fratri qui in patriâ potestate perstitit, confert; quòd si frater desit, conferet patruo, l. 1. §. 2. & 3. ff. d. dot. collat. l. 1. §. ult. ff. d. conjung. cum emancip. liber. aut unus emancipatus, alter suus filius, & ex defuncto tertio filio unus nepos in potestate, alter emancipatus, & tum filius emancipatus conferet nepoti in potestate etiamnum existenti, & fratri superstiti, l. 1. §. si sit filius. 16. ff. de conjung. cum emanc. liber. aut nepos & neptis emancipati, & suus, & tum neptis soli fratri confert dotem ab avo profectam. Quòd si sit neptis sola, conferet patruo itemque patrueli, per text. modo allegg. aut duæ neptis ex diversis filiis, tumq; dotem sibi ab avo datam conferent & invicè & patruo, d. l. 1. §. sed et si duæ neptes juncto. §. si sit nepos. ff. de dot. collat. aut duæ neptes ex eodem filio, & tum inter se invicem conferent

ferent dotem non patruo, *d.l.1. § sed et si dua neptes.* Quod si non ipsæ neptes dotem, vel nepotes donationem propter nuptias acceperint ab avo, aut aviâ, sed filia, aut filius parentes ipsorum nepotum, aut neptum, tùm nepotes & neptes defuncti avi, vel aviæ hereditatē affectantes, parentum suorum dotem & donationem propter nuptias conferre patris suis, aut avunculis, amitis etiam & materteris tenebuntur, ut & vicissim illi his dotem, vel ante nuptias donationem à parentibus suis sibi datam, *l. illam. 19. C. h. t. vid. Colleg. Juridic. Argent. l. 37. r. 6. th. 5. Bocer. Claß. 3. disp. 13. th. 15. usque ad 20.*

29. Tum autem coheredibus suis ad collationem faciendam coheres tenetur, cùm hereditatem acquisitione suscepit, vel bonorum possessionem agnovit. (a) Liberum tamen ipsi est & ante hereditatem susceptã, five bonorum possessionem agnitam face-
re collationem. (b) Quòd si prius hereditatem acquirat, aut bonorum possessionem petat, & antequam conferat interim de-
cedat, jus suum ad heredem rectè transmit-
tit. (c)

a) *l. 3. in princ. ff. h. t. Jul. Paul. l. 5. recept. sentent. rit. 9. §. ult.* ibique Cujac. b) *l. 3. §. emancipatus prateritus. 5. ff. h. t. & tum omisã bonorum possessione, quia incipit pecunia sine causã esse apud heredem, condictione eam repetet, d. l. 3. §. 5. l. si filius. 13. ff. de condict. caus. dat. c) l. 1. §. ibidem Iulianus. 8. ff. h. t. l. si maritus. 14. C. h. t. Fachin. 5. controv. 80. conclus. 13.*

A

B

C

30. Conferre liberi tenentur omnes res proprias quas moriente eo cui succeditur in bonis habuêrunt, (a) quæve potestatis jure ad eũ de cujus successione agitur pertinere potuissent; (b) cujusmodi sunt I. Pro-

E

2

fecti-

1627-29

fectitia, veluti dos & donatio propter nuptias à parente data. II. (c) Adventitii peculii fructus. (d) III. Vestes preciosæ, ac festivæ, reliquæque ornamenta, quæ pater filia nuptiarum tempore donavit, (e) ut & alia quamplurima. (f)

- A** a) *l. ea demum. 6. C. h. t.* Hinc æs alienum non erit conferendum. *d. l. 6. RATIO*, quia in bonis nostris non est, *l. 39. §. 1. l. 49. l. 165. ff. de V. S.*
- B** b) *l. 2. §. si duo nepotes. 7. ff. h. t. l. ult. C. eod.* unde si filius emancipatus intestati patris bonorum possessionem acceperit. Unde liberi, nepos ex eodem in familiâ retentus, semissem hereditatis habebit cum collationis emolumento; idem nepos si postea possessionem patris intestati accipiat, fratri post emancipationem patris quæsito, & in familiâ retento bona sua conferre cogetur, non ea modo quæ ex hereditate avi accepit, sed etiam paternæ collationis emolumentum, *l. filius. 9. ff. h. t.*
- C** *ILLUD* generaliter hic notandum, quod post moram in collatione factam etiam fructus & usuræ postmodum conferri debeant. *l. 5. §. 1. ff. de dot. collat.* c) Non quidem realiter, hoc est, ut eam à marito exactam conferat, sed ut eò minus in partem sibi delatæ successionis paternæ auferat, *l. 5. C. h. t.* Quod ita declaratur, & limitatur per sequenti authentic. *quod locum. C. eod.* locum habere, sive pars viri sit idonea, hoc est, mulieri in eventum soluti matrimonii actio contra maritum salva sit, sive mulieri possit imputari quare marito ad inopiam vergente, *ex lege Iustiniani. ubi adhuc. 29. C. de jure dot.* etiam constante matrimonio non exegerit dotem. Utrum verò hæserit in culpâ, quæ ipsi nocere queat, æstimatur ex ipsius personâ, an sui juris fuerit, an verò filia familiâs: Illo casu si sit legitimæ ætatis semper illi culpa imputatur; sin minor imputabitur & tum, verum per restitutionem in integrum succurretur: Hoc casu dos aut parva est, & nihil ipsi imputatur, dummodo adiens patrem hoc dixerit, & contestata sit ut consentiret ei; aut magna, & omnimodò majori negligentia nocet: *RATIO*, quia tali in casu invito etiam patre dotem filia exigere potest, quemadmodum ea accuratius habentur in *Novell. 97. c. 6. Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 5. lit. C. v. et si id jure novo.* *CÆTERUM* cum in præsentis dotis collatione juxta jus vetus expediendâ multa DD. hæreat dubietas, propter jus quod filia in dote habet & quasi commune, & divisum cum patre; placet cum *Bacchov. d. l. v. hac pertinet questio*, majoris perspicuitatis gratiâ, opinionem.

nem meam sequentibus includere propositionibus. I. Filia in potestate reliquis suis utramque dotem conferunt; II. Filia in potestate emancipatis utramque dotem conferunt; III. Filia emancipata utramque dotem confert suis; IV. Emancipata emancipatis tantum profectitiam dotem confert: RATIO PRIMÆ PROPOSITIONIS hæc est, quia dos, licet in illa, considerato imprimis durante matrimonii statu, patri jus solidum minimè liceat vendicare: considerato tamen soluti matrimonii exitu, aliorum bonorum adventitiorum, aut profectitiorum instar obtinet: RATIO SECUNDÆ PROPOSITIONIS, quia cum emancipata utramque dotem conferat suis, ratio æqualitatis suadet, ut vicissim ex utraque dote quam filia in potestate accepit suam nanciscatur portionem; RATIO RATIONIS, quia si præcipuum jus in dote filia in potestate habent, ad ejus collationem urgeri emancipatam foret iniquissimum, quæ si non emancipata fuisset, præcipuam dotem habuisset: RATIO TERTIÆ PROPOSITIONIS, quæ satis constat ex text. l. 4. C. h. t. commodè intellectæ, est, quia emancipati omnia undecunque quæ sita conferre debent: RATIO QUARTÆ PROPOSITIONIS, quia cum d. l. 4. C. h. t. dubitatam fuisse inter prudentes de casu istius legis 4. demonstrat, eaque dubitatio in filia sua locum habere non possit, certè de emancipata erit accipienda. Hodie verò, quoniam indistinctè liberos tantum profectitiam dotem conferre constat, hac disputatione opus non est. d) RATIO, quia adventitiorum ususfructus spectat ad patrem, l. 6. C. de bon. qua liber. §. 2. v. quod autem ad alia. l. 1. per quas pers. nob. acquir. Unde si quid fructuum penes filium restet, id conferre filius tenetur. Ususfructus tamen ipse non confertur: RATIO 1. quia defuncto patre usufructuario extinctus est, §. 3. l. de usufr. RATIO 2. quia personale jus, veluti ususfructus non est in bonis, §. ult. l. vi honor. rapt. Boc. Class. 3. disp. 13. th. 23. Sed ardua hæc oritur QUÆSTIO, an lucrum illud quod filius familiæ fecit per peculium profectitium suam tamen industriam, ac operam, sit pro peculii profectitii accessione habendum, adeoque conferendum? Et placet, quod ita. RATIO, quia ex re patris hoc ipsi obvenit, §. 1. v. sancitum etenim. l. per quas pers. cuiq. acquir. vid. Colleg. Jurid. Arg. l. 37. t. 6. th. 8. n. 17. e) RATIO, quia ejusmodi ornamenta muliebria (jocalia vocant DD.) sunt accessoria dotis, ac de appendicibus ipsius, l. etiamsi 8. ubi gloss. in verb. additamenti. C. de jure dot. l. inter socerum. 26. §. 2. ff. de pact. dotal. Gail. 2. Observat. 91. n. 5. ubi eam communem quoque esse testatur; vid. etiã Schneidevv. ad §. quadam. 20. n. 47. l. de action. f) de quibus prolixè in Colleg. Jurid. Argent. l. 37. t. 6. th. 7. Illud ultimò notandum, omnia quæ in quartam portionem ab intestato successionis computantur his.

E 3

qui

1627-29

D

B.A.

O

E

C

quī ad actionem de inofficioso testamento vocantur, ea quoque conferri coheredibus, *l. illud. 20. C. b. t.*

31. Contra non conferuntur, I. Quæ in bonis emancipati moriente patre non fuerunt, (*a*) II. Dos quam emancipatus ab uxore accepit, (*b*) III. Dos quam filia suæ nomine dedit filius emancipatus, (*c*) IV. Adventitium, Castrense, vel quasi Castrense peculium, (*d*) V. Data filio studiorum causa, (*e*) VI. Donatio mera, & simplex in filiū, aut filiam familiam à parente collata, & morte parentis donatoris confirmata, (*f*) VII. Sumptus nuptiarum, mundus, vestitus, cæteraque ornamenta à patre liberis in ipsorum elocatione data. (*g*)

A. B

a) *vid. th. preced. lit. A.* *b*) licet ea jam vitā excesserit, & ipse illam lucretur, *l. 1. § emancipatus. 20. l. 3. §. 4. ff. h. t. l. si filia. 20. §. 2. ff. fam. herisc. Vigel. l. 4. method. jur. contro. c. 7. reg. 13. exc. 6.* RATIO, quia propter onera matrimonii quæ sustinuit, præcipuam eam habere debet, *Buf. in comment. ad l. 4. ff. h. t. n. 1.* *c*)

C

TEXTUS, & RATIO in *l. 4. ff. h. t.* quia non sicut in matris familiam bonis esse dos intelligitur, ita & in patris à quo sit profecta. Dicitur quidem dos communis tam patris, quam filia, *l. 3. ff. solut. matrim.* magis tamen est filia, quam patris, *l. pater. 71. ff. de edict.* Et hoc quidem ita constante matrimonio, *d. l. 71.* nam eodem soluto, & dote ad patrem reversa, probabilius ex Accursii sententiā dicendum, quod eam fratribus conferat pater *arg. l. 1. §. si is qui bona. 22. ff. h. t.* RATIO est, quia rursus in bonis patris esse incipit, *Buf. in comm. ad l. 4. ff. h. t. n. 3.* Eadem observanda sunt si avus paternus dotem nepti ex filio dederit propter filium, *l. 6. ff. h. t.* *Buf. ibid.* *d*)

D

l. 1. §. nec castrense. 15. ff. h. t. l. filia. 12. & l. ult. C. h. t. Hinc filius vestimenta, equos, & arma, quæ ipsi in bellum proficiscenti pater donavit non confert, *Vigel. l. 4. method. jur. contro. c. 7. reg. 13. exc. 4. per authores ibid. allegg.* idque etiam de jure SAXONICO observatur, *Weseneb. in paratit. d. collat. dot. n. 3.* VERUM hinc non immeritò con-

troverfia

controverſia eſt inter DD. an illa, quæ filii Scriptorio, Decurionatu, vel Do-
ctoratu, ſumptu patris donati, ex ſagatæ, ſive forenſis militiæ laboribus
na nciſcuntur ad peculium quaſi caſtreſe referri queant? Et ſanè cum
ad propriè dictum quaſi caſtreſe peculium referantur non niſi ea quæ
ex officiis, quibus publica ſalaria ſunt deſtinata, *l. ult. v. in tali. C. de in-
offic. teſtam. l. 4. & 8. C. de advoc. diver. judicior. alibi que pluries*; aut ex
liberalitate Imperatoris, vel Auguſtæ accipiuntur, *l. 7. C. de bon. quæ li-
ber.* hinc apparet illas expenſas ad quaſi caſtreſe peculium referri non
poſſe: ad illam tamen ſpeciem adventitii peculii, quam ſibi propriis
laboribus non ex re patris liberi acquirunt referri haud incommodè
potèſt, Colleg. Jur. Argent. *l. 37. t. 6. th. 8. n. 9. & l. 15. t. 1. th. 3. e)* Vigel.
l. 4. method. jur. controver. c. 7. reg. 13. exc. 2. Distinguendum tamen vide-
tur, aut enim filius accepta à patre conſumſit, haud exinde factus locu-
pletior quantumvis doctior, & illa non conferet: RATIO, quia mortis
tempore in bonis filii non ſunt; aut conſumſit ita, ut inde locupletior
efficeretur, & tum diſtinguendum an emancipatus ſit, an filius familiâs:
quòd ſi emancipatus fuerit ſubdiſtinguendum an credendi animo, an
verò pietate debitâ ductus pater ei hæc omnia ſuppeditarit; ſi credendi
animo, heredibus eo nomine erit obligatus, neq; collatione opus erit,
*l. 6. in fin. C. h. t. l. 2. §. 1. ff. h. t. junctâ l. heres 37. ff. de acquir. vel omitt. he-
redit.* ſi verò pietate debitâ ductus pater, animo donandi ea ſubmini-
ſtrarit, in rationem portionis, quæ ex deſuncti patris bonis ad eundem
filiû pertinuit, cõputari equitas nõ patitur, *l. qua pater 50. ff. fam. hercis.*
Si ſit filius familiâs videndû an ea ſtudiis impèderit, an verò alia quædã
exinde comparaverit; priori caſu collationi nullus eſt locus: RATIO,
quia ex hac cauſâ inter patrem, & filium ne naturalis quidem obliga-
tio exoriri potèſt; RATIO RATIONIS, quia ipſi pater magis exol-
vit quod debet, paternâ pietate partim, partim benignâ voluntate ita
exigente, quàm credidit. Poſteriori caſu videtur quidem collatione o-
pus eſſe; ſed certè, re ipſâ inſpectâ, res aliter ſeſe habet: ſive illa compa-
raverit, quæ ad ſtudiorum cauſam pertinent, veluti libros, ſive illa, quæ
ad ſtudiorum cauſam pertinentia non ſunt, veluti equos, arma: RATIO,
quia cum omnia patri acquirat, *l. placet. 79. ff. de acquir. vel omitt. he-
redit.* iudicio familiæ herciſcundæ partes diſtribuentur, *l. filia 12. C. h. t.*
utpotè cû morte patris reddantur hereditaria: Colleg. Jurid. Arg. *l. 37. t. 6. th. 8. n. 18. f)* *l. illud. 20. §. 1. ff. h. t.* nimirum ſi non animo conce-
dendi in peculium, ſed donandi à patre in liberos ſit collata: RATIO,
quia caſus exceptus regulam confirmat in caſibus non exceptis; Jam
verò in *d. l. 20. §. 1.* duo tantùm caſus ſunt excepti, 1. ſi hanc legem do-
nator tempore donationis ſuæ indulgentiæ impoſuerit, 2. ſi alter ex
fratri-

1627-23

fratribus donationem propter nuptias à parente acceptam, contulerit, Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 5. lit. G. g) Si nimirum sumptus isti tempore nuptiarum consumti; aut vestimenta, aliaque in usum quotidianum data sint, vid. Boc. Claß. 3. disp. 17. th. 25.

32. Collatio porrò omnis fit pro portionibus hereditariis, (a) vel re, (b) vel cautione, (c) vel partim re partim cautione. (d) Et caveri boni viri arbitrato (e) omnibus (f) regulariter debet post petitam bonorum possessionem contra tabulas. (g)

A a) Ita ut in constituendis partibus semper quoque numerentur personæ, quibus fit collatio, iisque connumeretur persona conferentis, excludantur illi quibus non confertur, quamvis etiam partem ex bonis paternis ferentes, l. 1 § ult. l. 3 §. 2 ff. h. t. Distinguendum verò hîc est, in primis ad juris antiqui rationem quomodo emancipatus veniat: namque si patre intestato per bonorum possessionem Unde liberi veniat æqualis erit collatio, ut eandem emancipatus fratribus in potestate portionem conferre teneatur, quam hi ex hereditate paternâ communicant. Effectu igitur considerato emancipatus hic omnia sua bona in commune redigit, sed quod postmodum ad ipsum rediturum est brevi manu præcipit ac retinet, parte virili ex residuo in fratres derivatâ. Quòd si veniat per bonorum possessionem contra tabulas non omninò æqualis est collatio, sed quandoque plus, quandoque minus quàm ab intestato confert, puta quando cum filio pater extraneum instituit: **RATIO**, quia cum filius in potestate institutus, non nisi eam partem, in quâ ipsum pater heredem scripserat, accepturus fuisset, nisi emancipatus bonorum possessionem contra tabulas petiisset, sicque extraneum qui nihil contulisset de jure in ejus quasi locum successisset, æquum est non nisi pro eâ parte quam detrahit filio teneri ad collationem; quandoquidem in reliquo nullam fratri facit injuriam, l. 1 §. 3. & 4. ff. h. t. Bacchov. vol. 2. disp. 17. th. 6. lit. E. ac prolixè Colleg. Jur. Argent. l. 37. t. 6. th. 10. b) & quidem vel per divisionem bonorum conferendorum, vel remissionem tantæ quantitatis ex bonis hereditariis, quantum is cui confertur ex collatione habere debet, vel delegationem paternorum nominum, vel acceptilationem, vel actualement solutionem, Treutl. vol. 2. disp. 17. th. 6. lit. C. Colleg. Juridic. Argent. l. 37. t. 6. th. 9. n. 2. **QUID VERÒ** si is qui collationem facere tenetur offerat pro

rat pro re conferendâ æstimationem ejus, annè liberabitur ab ipsius
rei collatione? Verior videtur negativa: RATIO 1. quia aliud est res,
aliud rei pretium, §. 6. l. de legat. RATIO 2. quia sæpè interest cohere-
dum, rem potius consequi, quàm æstimationem; cum interesse haud
rarò verum rei pretium egrediatur, l. 1. in princ. ff. de action. empt. CÆ-
TERÙM si res sine dolo malo alienata fuerit, pretium succedet loco
rei, non in ita ratione respectu temporis quo collatio fieri debet, verùm
quantum ab eo acceptum est; RATIO, quia hïc res proponitur post
mortem patris alienata, adeoque jus quæsitum coheredibus: nisi fortè
rem donatam, aut alio modo dicas translata, Bacchov. vol. 2. disp. 17.
th. 6. lit. F. c) quamvis hoc minus propriè dicatur: RATIO, quia per
cautionem sive fidejussoribus sive pignoris factam non tam collatione
instituit emancipatus, quàm de bonis conferendis cavet, Bacchov. d.
th. 6. lit. C. & D. Porro quomodo hoc in tractatu rectè caveri dicatur
vid. l. 1. §. 9. ff. h. t. d) l. 1. §. quamvis. 11. ff. h. t. Satius tamen est ex parte
illorum quibus collatio facienda cavere, maximè si non constet utrū
conferens omnia in commune redegerit: cautio enim interponenda
est de omnibus rebus in commune redigendis, quæ conferri oportet,
d. §. 11. e) l. 2. §. 2. l. 5. §. 1. ff. h. t. Inde id quod sine culpâ filii emancipati
post mortem patris periit ad collationis onus non pertinet: RATIO,
quia vir bonus non sit arbitraturus conferendum id, quod quis nec ha-
bet, nec dolo, nec culpâ desiit habere, d. l. 2. §. 2. f) nec enim videtur
cavisse, qui non omnibus cavet, l. 1. §. si cum duobus. 13. ff. h. t. distinctio
tamen hïc facienda est, inter eum qui per contumaciam cavere detre-
ctat & eum cui fortè inopia cautionis beneficium denegat; namque
illi in totum actiones denegandæ, huic verò pro eâ solum parte, quâ
non cavere potuit, d. §. 13. g) l. 3. in princ. ff. h. t. Non tamen sub con-
ditione collationis bonorum possessionem contra tabb. prætor polli-
cetur, alioquin magna captio foret emancipati si non aliter bonorum
possessionem accipere intelligeretur, nisi cavisset de collatione: RA-
TIO, quia si interim ipse decessisset, heredi suo nihil relinqueret, d. l. 3.
in princ.

C

D

E

F

G

33. Ad eam autem faciendam compel-
litur quis implorato officio judicis, (a) qui
ex officio vel mulctæ dictione, vel actionū
denegatione (b) conferre cogit. Factæ verò
collationis effectus est, ut actiones illæ com-
petant. (c)

F

1627-23

A a) *l. 8. C. h. t.* RATIO, quoniam jure actionis ad id perveniri non potest, per ea quæ eleganter trad. Sichard. *ad rubr. C. h. t. n. 15. & 16.*
B b) *l. 1. §. 10. & 13 ff. h. t.* RATIO, quoniam actiones denegare privati non possunt, Bacchov. *vol. 2. disp. 17. th. 7. lit. A. B. c) l. 3. ff. h. t.*

C 34. Affinis valdè est collationi divisio;
(a) Contraria ipsi, rei conferendæ alienatio absque dolo malo facta. (b)

A a) Differunt tamen ab invicem ut antecedens & consequens, seu re verà, seu per fictionem brevis manûs: RATIO, quia etiam dicitur conferre is, qui quantitatem illam quam aliàs conferret fratrem suum præcipere patitur, Bacchov. *vol. 2. disp. 17. th. 1. lit. A. v. Item hinc apparet. b) de hac ceu bonâ cautela, ejusq; usu vid. Capoll. Cautel. 187. vid. etiam supr th. 33. lit. B. in fin.*

DE BENEFICIO JURIS ACCRESCENDI.

35. Beneficium juris accrescendi (a) est jus quo pars vacans cedit parti occupatæ; (b) ad conservandam hereditatem, & voluntatem defuncti individuum. (c)

A a) Ita appellatum in *l. qui patri. §. 9. ff. de acquir. heredit. l. 3. §. 9^o ff. de bonor. p. sses. l. item 17. §. 1. ff. de hered. instit. l. 1. in princ. l. 3. in princ. & §. 2. l. 6. §. 1. l. pen. ff. de usufr. accresc.* Quemadmodum enim per alluvionem paulatin insulæ vel fundo nostro accrescere dicitur, *l. insula. §. 6. ff. de acquir. rer. domin.* illud, quod ita ipsi adjicitur, ut intelligi non possit, quantum quoquo temporis momento adjicitur, §. *præterea. 20. l. de rer. divis.* ita etiam conjuncto jus accrescendi portionem deficientem latenter, hoc est, ipso jure, *l. 2. §. si duo. 8. ff. de bonor. possess. secund. tabb.* licet non accedente facto ejus cui accrescit, adjicit, *l. qui ex duabus. §. 1. ff. de acquir. heredit. Sæv. de iur. accresc. l. 1. c. 1.* Est autem duplex jus accrescendi; Unum, cum persona personæ accrescit, §. *1. l. de exhered. liber.* quod à Justin. sublatum, in *l. ult. c. de liber. præter.* Alterum, (de quo hîc nobis sermo est) cum heredis, instituti portioni adjicitur, vel accrescit portio deficiens coheredis sui, Colleg. Jur. Argent. *l. 29. r. 2. th. 19.* b) RATIO hujus juris introducendi fuit, ne defunctus partim habeat heredem, partim non habeat. Hîc ante omnia inquirendum videtur an non solum portio portioni, sed etiam personæ ac-

nae accrescat? Prior opinio placet: RATIO, quia cum solus usufructus conjunctim legatus excipiatur, regulam praeposit esse in contrarium, l. 1. ff. de R. I. RATIO RATIONIS, quia omnes II. in contrariam abeuntes sententiam de hoc solo casu loquuntur, sive amissio illa contingat ex causis illis, quibus usufructus amittitur, §. 3. l. de usufr. sive ex re judicata; forte quod praeposterè petitus usufructus, vel in consequentiam proprietatis adjudicatus fuerit, Suev. l. 1. de jure accresc. c. 4. c) Cum enim voluntas testatoris individua sit, l. eum qui. 18. §. ult. ff. de his qua ut indign. aufer. illi sese accommodare convenit his, qui quandam exinde utilitatem affectant: RATIO, quia nemo eandem rem pro parte probare, pro parte improbare valet, l. cum quaritur. 16. ff. de administr. & peric. tutor.

C

36. Ejus causa efficiens Lex (a) est, in successione ab intestato. In testamentaria verò defuncti voluntas, (b) mediante plurium heredum conjunctione, (c) & portionis quae accrescere dicitur defectu. (d)

a) Si causam remotam attendas, utriusque, sive ejus quae ab intestato venit, sive quae ex causa testamenti, Causa Efficiens erit, sive illa sit L. Julia & Papia, ut vult Duar. l. 1. de jur. accresc. c. 1. sive quaevis alia, quae hoc jus sive induxerit, sive à prudentibus inductum confirmaverit? Hillig. in Donell. Enucl. l. 7. c. 12. lit. B. b) utpote quae in testamentis pro lege observatur, l. verbis legis. 120. ff. de V. S. Nov. 22. c. 2. in princ. Quamvis verò hinc unâ legis concurrat provisio, tamen cum liberæ voluntati testatoris hoc omne relinquatur, heredesne conjunctim instituere velit, an legatariis conjunctim nonnulla relinquere, & quomodo eosdem conjungere velit, à potiori denominatio erit facienda, puta testatoris voluntate, quatenus legibus, aut bonis moribus contraria non est, l. testandi. 13. C. de testam. l. 5. §. Iulianus 7. ff. de admin. tutor. c) §. si eadem. 8. l. de legat. l. re conjuncti. 89. ff. de legat. 3. l. triplici. 142. ff. de V. S. t. t. C. quand. non petent. part. Suev. l. 2. de jure accresc. c. 1. d) Quippe cum necesse sit partem hereditatis, vel legati deficere ut accrescat alteri. Quot autem modis apud veteres portio dicta fuerit deficere, traditur à Justin. in l. unic. §. & cum triplici. C. de caduc. tollend. & à Duar. l. 1. de jure accresc. c. 18.

A

B

C

D

37. Versatur autem jus accrescendi cir-

F 2 ca

1627 23



ca quodvis ultimum elogium. (a) Hinc er-
go excluduntur, I. Contractus, (b) II. Do-
natio ab Imper. duobus sociis facta, (c) III.
Feudum. (d)

- A** a) Hereditates tam legitimas, quam testamentarias, legata & fideicommissa, mortis causa donationes, & capiones, *l.unic. §. hac au- tem. 14. C. de caduc. tollend.* Colleg. Juridic. Argent. *l. 30. thes. 38.* Ve- rùm quid de jure patronatûs sentiendum? Et placet in illo quoque lo- cum habere jus accrescendi, cum Duar. *l. 1. de jure accresc. c. 17.* Colleg. Juridic. Argent. *d. l. n. 4.* per text. *l. communi. 24. ff. de bon. libert.* Dum- modò uterque verus istius liberti sit patronus, & jus patronatûs in per- sonâ unius verè defecerit, Duar. *d. c. 18.* b) **RATIO** 1. quia in *l. unic. C. de caduc. tollend.* ubi Justin. ex professo de jure accrescendi differit, nulla contractus sit mentio: **RATIO** 2. quia repugnat juris accrescen- di natura. c) **RATIO**, quia neque textu expresso, neque ullâ neces- sariâ consecutione probari potest, vid. Cujac. *ad l. unic. C. si liberalit. Imper. soc. l. 10. t. 14.* d) **RATIO**, quia regulariter in nullo feudo sive novo, sive antiquo, sive à Principe, sive inferiore concessio est successio collateralium, nisi specialiter & nominatim in investiturâ convenerit, *§. 1. v. fin. autem. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. Vult. l. 1. Feud. c. 9. n. 119.* In primis de **JURE SAX.** quo agnati proximiores etiam in feudo anti- quo non succedunt, nisi sint simultanee investiti, & sic non ex jure de- functi, sed ex simultaneâ investiturâ, Nicht auß trafft der Erbschafft/ oder angeborner Sippschafft/ sondern allein auß macht des Bedinges/ vnd gesampten Lehen/ Gail. 2. Observ. 151. n. 5. **EXCIPE** tamen si se- nior pluribus conjunctim in re suâ allodiali jus feudi leget, unus au- tem vel alter portionem suam omittat: **RATIO**, quia cum hic casus non sit jure feudali decisis, ad jus commune recurrendum est. *de feud. cognit. l. 2. F. 1. Suev. l. 2. de jure accresc. c. 2.*

38. Cùm verò jus accrescendi non nisi mediante plurium heredum cōjunctione, & portionis quæ accrescere dicitur defectu locum obtinere queat, (a) videndum in pri- mis quot modis conjuncti heredes dican- tur. Et triplici quidem modo heredes con-
junctos

junctos intelligimus; (b) aut enim re tantum (c) conjunguntur, aut verbis tantum, (d) aut re & verbis simul. (e)

a) v. sup. th. 36. lit. C. D. b) l. re conjuncti. 89. de legat. 3. l. triplici. 142. ff. de V. S. in cuius legis contextu necessarium quidem non est, ut cum Hottom. *quast. illustr. 44.* adjiciamus, in secundo scil. exemplo, verba, *ex parte dimidiâ*, cum omillis illis sensus legis sat benè constet: Commodius tamen verba illa, *ex parte dimidiâ*, quæ & in primo & tertio etiam exemplo leguntur, secundo quoque adjicientur: RATIO, quia Jcto propositum fuit docere, quod tres particulae *Quæ, &, cum*, inducant, ac faciant conjunctionem: Bacchov. *vol. 2. disp. 13. th. 3. lit. C.* c) RE TANTUM conjunguntur heredes, quibus eadem res separatim sive disjunctim defertur, l. re conjuncti. 89. de legat. 3. l. 1. §. 3. ff. de usufr. accresc. veluti, LUCIUS TITIUS ex parte dimidiâ heres esto; Sejus, ex parte, quâ Lucium Titium heredem institui, heres esto, l. triplici. 142. ff. de V. S. & hi non semel in hac materiâ in specie disjuncti vocantur, §. si eadem res. 8. l. de legat. l. 1. §. 3. ff. de usufr. accresc. l. unico. §. his ita definitis. 10. C. de caduc. tollend. d) VERBIS TANTUM conjuncti dicuntur heredes, quibus eadem res junctis ipsorum personis ex æquis partibus defertur: veluti, GAIUS ET MÆVIUS ex æquis partibus heredes sunt, l. re conjuncti. 89. ff. de legat. 3. e) RE ET VERBIS conjunguntur heredes, quibus eadem hereditas conjunctim, id est, eâdem oratione defertur, hoc modo: TITIUS ET MÆVIUS heredes sunt. Titius & Mævius ex parte dimidiâ heredes sunt. Titius, Mæviusque ex parte dimidiâ heredes sunt, Titius, cum Mævio ex parte dimidiâ heredes sunt, vel etiam, detractis articulis *QUE, ET, CUM*; veluti LUCIUS TITIUS, PUBLIUS MÆVIUS heredes sunt, l. triplici. 142. ff. de V. S. vel hoc modo, TITIUM ET SEIUM ex parte dimidiâ heredes instituo. §. si eadem res. 8. l. de legat. item in hæc verba, CORNELIUS ET MÆVIUS uter eorū volet heres esto, l. Cornelius. 69. ff. de hered. Inst.

39. Porro in omnibus, sive re tantum, (a) sive verbis tantum, (b) sive re & verbis simul (c) conjuncti fuerint, Jus accrescendi locum habet.

a) per text. expressum in l. 1. §. 3. l. 3. ff. de usufr. accresc. l. hæc scriptura. 26. l. si separatim. 30. ff. de condit. & demonstrat. idque si voluntatem testatoris magis, quàm verba in ratione loquendi spectes. Quod si
ad

A. B

C

D

E

1627-23

ad expressionem verborum magis respicias, veluti illud fecit Justinus in *l. unic. §. ubi autem. 11. v. sin vero non omnes*, jure potius non decrescendi (vocabulo magis, quam sensu incongruo) portio vacans cedit coheredi acceptanti, Duar. *l. 1. c. 11*. Et ratio est, quia sermo testatoris omnibus primam facie solidum assignare videtur, aliis supervenientibus, partes à priore abstrahentibus, ut ex aliorum quidem concursu prioris portio minuatur. *b) l. unic. §. his ita definitis. 10. v. in his itaque. C. de caduc. tollend. l. heredes. 63. l. si ita. 66. ff. de hered. instit.* RATIO est quia absurdum, ejusdem hereditatis partem quidem agnoscere, partem verò respuere, *vid. th. 35. lit. C. c)* quamvis accuratè loquendo, & ad expressionem verborum magis, quam testatoris voluntatem respiciendo, potius juri non decrescendi hic locus relinquatur: RATIO, quia singuli ab initio solidum habent, *§. si eadem. 8. l. de legat. vid. Colleg. Juridic. Argent. l. 30. th. 41.*

40. Quòd si quidam ex heredibus institutis permixti sint, & alii nuncupati cõiunctim alii disiunctim, hoc est, re & verbis cõiuncti, & re tantum cõiuncti: siquidem ex cõiunctis aliquis deficiat, hoc omnimodò solis cõiunctis cum suo onere accrescat, i. pro parte hereditatis quæ ad eos pervenit: *(a)* sin verò ex his qui disiunctim scripti sunt, aliquis deficiat; hoc non ad solos disiunctos, sed ad omnes tam cõiunctos, quam etiam disiunctos similiter cum suo onere proportionè hereditatis perveniat. *(b)*

A *a) l. unic. §. his ita definitis. 10. v. sin verò quidam ex heredibus. C. d. caduc. tollend. l. heredes. 63. ff. d. hered. instit. l. re cõiuncti. 89. ff. de legat. 3. l. 1. §. idem ait. 2. ff. d. usufr. accresc. Cujac. 24. observ. 34. b) l. unic. §. his ita definitis. 10. v. sin autem ex his. C. de caduc. tollend.*

41. Quod si commixti sint cõiuncti re & verbis, & verbis tantum cõiuncti deficiente

ciente uno ex coniunctis re & verbis, pars
ejus solum alteri coniuncto accrescit non et-
iam reliquis qui verbis tantum erant coniun-
cti: (a) Sin vero unus verbis tantum coniun-
ctorum deficiat, non sane alter verbis tantum
cum deficiente coniunctus, potior est, sed
ad omnes qui eodem testamento scripti sunt
heredes, portio eius pertinet. (b)

a) *l. re conjuncti. 89. de legat. 3.* b) *l. heredes. 63. ff. de hered. in-
stit. gl. in d. l. re conjuncti. 89.*

A. B

42. Finis iuris accrescendi, partim est, ut
quia heres defuncti personam repræsentat,
in solidum illa ab eo repræsentetur, (a) par-
tim ut Caduca excludantur. (b) Ex quo fine
effectus hic resultat, ut invitis etiam & igno-
rantibus portio vacans accrescat. (c)

a) *l. hereditas 34. ff. de acquir. rer. domin.* Ratio quia neminem
pro parte testatum, pro parte intestatum, paucis casibus exceptis, de-
cedere jura nostra patiuntur, *l. jus nostrum. 7. ff. de R. l. Tholos. in syntagm.*
l. 46. c. 11. n. 29. Isque finis internus, *Suev. l. 2. de jure accresc. c. 4.* b) *l.*
unic. in princ. C. de caduc. tollend. isque finis externus. c) *l. qui ex duab.*
53 § 1. l. heredi cum postumo. 31. l. si duo. 38. l. cum hereditate. 55. ff. de acq. vel
omitt. hered. l. unic. § his ita definitus. 10. v. in his itaq. C. de caduc. tollend.
RATIO, quia is qui scit, aut scire potuit, coherede suo abstinente se o-
neribus fore implicitum, eam conditione adire videtur, *d. l. si duo. 38.* Duar.
l. r. de jure accresc. c. 3.

A

B
C

43. Affine valde est jus alluvionis (a) huic
nostro juri accrescendi: quod cessat in primis
in casu substitutionis. (b) 2. Successionis quæ
fit ex diverso jure. (c) Non æquè in casu fa-
ctæ prohibitionis à testatore. (d)

a) *l. 1.*


1627-23

- A) *l. si Titio 33. §. 1. ff. de usufr. v. supr. th. 35. lit. A.* in eò tamen dif-
 fert, quod alluvio partem alterius agro adjiciat præter & contra volun-
 tatem eius ex cuius agro illam aufert; Jus verò accrescendi vel legis,
 B) vel testatoris voluntatem pro se habeat, *Suev. l. 2. de jure accresc. c. 2. b)*
 idque etiam in iisdem personis, *l. si tu ex parte. 76. l. si quis heres. 35. in*
princ. ff. de acquir. vel omitt. heredit. nedum in diversis, l. 2. §. si duo. 8. ff.
de bonor. possess. secund. tabb. RATIO 1. quia expressum facit cessare taci-
 tum, *l. cum ex filio. 39. §. 1. ff. de vulg. & pupill. substit.* RATIO 2. quia dis-
 positio hominis tanquam efficacior, facit cessare dispositionem legis,
l. ult. v. & siquidem. C. de pact. convent. RATIO 3. quia quam diu locus
 esse potest successioni directæ, id est, per prius, locus haud relinquendus
 est successioni subsidiariæ, id est, per posterius, *Vasqu. de succes. progres.*
 C) *l. 3. §. 23. n. 35. & seqq. c) l. sed cum patrono. 6. in princ. ff. de bonor. pos-*
sess. veluti si unus veniat per bonorum possessionem contra tabulas; al-
 D) *ter per secundum tabulas; vel unus ex testamento, alter ab intestato; l. si*
ponas. 23. §. ult. ff. de inoffic. testam. Vasq. d. §. 23. n. 86. & seqq. d) RATIO,
 quia nemo potest in testamento suo cavere, ne leges inibi locum ha-
 beant, *l. nemo potest. 55. de legat. 1.* Potest tamen facere, ut uni potius,
 quàm alteri accrescat; e. g. si Primum, Secundum, & Tertium heredes
 scripsi, jussique ut Primo repudiante ejus portio Tertio, non etiam Se-
 cundo accresceret, valet præceptum; RATIO, quia tunc ille velut sub-
 stitutus intelligitur, *l. 2. §. si duo. 8. ff. de bonor. possess. secund. tabb. Vasqu.*
d. l. n. 105. ALIOS CASUS quibus jus accrescendi cesset, vid. *apud*
eund. per totum ferè. §. 23.

COROLLARIA.

- | | |
|---|---|
| <p>I. <i>An omnis lex Mosaisca forensis, ut forensis sit abrogata? A.</i></p> <p>II. <i>An accuratè loquendo Metaphysicus de Deo & Intelligentiis Verba facere queat? A.</i></p> <p>III. <i>An Vnum, Aliquid, Intelligibile latius pateant Ente? N.</i></p> <p>IV. <i>An anima hominis sit rota in toto corpore, & in singulis simul corporis partibus rota? A.</i></p> <p>V. <i>An Galaxia sit congeries minutissimarum stellarum? A.</i></p> <p>VI. <i>An circulus perfecte possit quadrari? A.</i></p> <p>VII. <i>An protestantes Iure Casareo sint hæretici, & ultimo simplicio afficiendi, & ex Imperio proscripti: ac ut Hæretici, & schismatici statim interficiendi? N.</i></p> <p>VIII. <i>An indiscretè omnes sage, qua</i></p> | <p><i>pactum cum Diabolo insèrunt, penã capitis sint afficienda? N.</i></p> <p>IX. <i>An quandoq; liceat Veritatem publice negare, negationem juramento a quo voco confirmare, & audientes ita decipere, in primis coram iudice de crimine aliquo reum interrogante? N.</i></p> <p>X. <i>An in societate Oeconomica, Platonis unitas, vel ejusdem communitas debeat habere locum? Vtrumq; N.</i></p> <p>XI. <i>An Verum illud Paracelsi cujusdam. Non oportere morbos collocare in Pradicamentis, sed Pradicamenta in morbis? N.</i></p> <p>XII. <i>An idem possit esse Efficiens, & Materia? A.</i></p> <p>XIII. <i>An copula sit pars Enunciationis? N.</i></p> |
|---|---|

FINIS SIT GLORIA DEI.



Ad Nobilissimum & Præstantissimum
Juvenem,

D N. INNOCENTIUM ab Einsiedeln/

Equitem Misnicum; in Academia Argentoratensi, ex singulari
permisso Collegii Jctorum, sine Præsidente publicè
& solenniter disputaturum.

Sic fuit, est, & erit, Sanctum quicumq; Jehovaham
Omnibus in rebus supplice corde colit.
Evehit hunc virtus & claromactat honore,
Datq; inter summos ritè tenere locum.

Tu nobis hodie, Flos nobilitatis apèxque
Exemplum prabis non sine laude tua.

Gratulor eximiis ausis: quæ Jova secundet
Maximus, ut patria commoda multa ferant!

Honoris & officii ergò scrib.

JOHANNES SCHMIDT, SSctæ Theol. Doct.
Prof. Publ. & Ecclesiast.

III.

Flos, EINSIDELIDE, juvenum: dilectæ Jehovahæ:
Spes Patriæ: Generis decus: & pia cura Bonorum:
Non præconis eget Virtus tua: semet abunde,
Ingenium acre suis currens velocius annis,
Et rari exempli Pietas, atque ardor Honesti,
Et studium Themidis sophiaq; & gratia Morum,
Et quod nunc specimen vano haud molimine prodis,
Commendant. Maacte ô Virtute, & fortibus ausis,
Maacte esto. Quod agis, feliciter exeat. Euge.
Gloria sic Jova; sic publica commoda; gentis
Sic EINSIDELIÆ splendor, Tua fama per orbem;

G

Sic

1627-23



*Sic honor & pretium recti; sic amula laudum
Pectora nobilium; multà propagine crescant.*

CASPARUS BITSCHIUS, J. U. Doctor,
Codicis Jurisque Feudalis Professor, &
Collegii Jctorum Senior, in Academia
Argentoratensi.

III.

Nobilitatis honos sola virtute paratur:
Illa autem virtus Marte vel Arte venit.
Ultra tui quondam fuerit splendoris origo,
Et si fideliter haec quaero: laudo sed Artis opus;
Quod pra Marte urges: laudo Pietatis amorem;
Quo ostendis genii semina clara tui.
Scilicet, ut quamvis tua gens sit Marte celebris,
Tutamen evadas nobilis Arte magis.
Et bene. Nam quantum bello pax aurea praestat;
Quò dilecta magis tempora pacis erunt:
Tantum laus Artis, superabit premia Martis;
Hocque tui quondam gratior usus erit.
O minor hoc, & idem voveo de mente serena:
Omen id, ac votum, compleat ipse Deus.

Boni affectus & officii testandii
causa scribi.

GEORGIUS-DAVID LOCAMERUS
J. U. D. & P. P.

IV.

Sunt sua qui Pelopis mendicant nomina Gazis,
Sunt quos Mauortis sors generosa beat:
Esseque Nobilibus, res magna, parentibus ortum:
Maior & illustri prosiluisse loco.
Sed celebranda venit mage: qua Virtute coruscat
Nobilitas, solida vel pietate micat.

Hat

*Hac toga nec Pacis, nec trux Bellona carere,
Aut si quid mixti nominis inde, valet.*

*Hujus tu vigilans cum sis sectator & acer,
EINSIDELE, facis quæ pia causa jubet.*

*Urge cæpta: tibi fert hæc encomia Phæbus,
Nobilis hic vera est Nobilitatis apex.*

Faultæ apprecationis ergò posuit,

JOH. RUDOLPHUS SALTZMANN
Med. Doct. Reipubl. Physicus &
Professor.

V.

Monsieur Hermite, gentile ame,
Par vos exemples monstrez en abondante,
Que fort bien, & à droit on blasme
Ceuxcy, qui pensent, les lettres, & la lance
N'estre pas d'accord, ni bien en vne hanse.

JEAN HENRY de FEILITZ.

VI.

Surgunt ima, ruit sublime, chaos redit orbis,
implet profano seculo cuncta Bonò vacuum.

*Nunc quid Nobilitas, olim, sata semine Divùm,
felix propago? Nobilis nil nisi barbaries:*

*Patria quos reduces expectat ab arte politos,
polcernit informes Lyæi venerisque procos.*

*Tu meliora sapis, simili sine cultor a vita
Virtutis, Einsiedel/ decus Iuris, & Artis amor.*

*Sunt tibi delicia placare DEUM prece castâ,
hinc nosse Legum flosculos, Historiæq, penum.*

*Id probat exemplo tua Musa palestra raro,
punctum mereris quâ virum famigerabilium.*

G 2

Ergo

1627-23

*Ergo morâre jocos Zoili nihil: Inscius Erro
quin innocentem risui Pallada semper habet.
Credito, tempus erit, quo major habebitur omni
per eruditâ seculô Nobilitatis honor.*

Honoris E. P.

DANIEL DINCKEL, Phil.
& Med. D.

VII.

Romance, hecho en honra, y alabança dell
Sennor Don Inocencio de los Hermi-
tannos, muy hidalgo, y gran
letrado.

R *Aça muy disfraçada de hombres:
Ay so el estrellado velo,
Los cuyos pimpollos por sus nombres:
Llaman Ermitannos, bien a pelo.
En los yermos mora, y fina
Lexos de ciudades, y tiendas,
Dentro en chicas celdas mezquina:
Busca sus mas agradables prendas.
Anda con ayunos afligida,
Comiendo rayzes estranna,
Con yeruas sustenta su vida,
Y con lagrimas los ojos banna.
Prennada va con pensamiento
A Dios servir sea, el dexar*

La

La conuersacion, y conuento
De otros hombres, y su aduar.
Desdichada, y ciega gente,
Que no sabe que el hombre sea
Hecho de Dios, con toda mente,
Para que con hombres se reuea!
No es el lugar, ni retirada
Que haga al hombre Christiano,
Mas la mente pia es mirada
Sease Fulano o Cutano
Vos, Sennor, soys tambien de nombre
ERMITANNO, y como sabidor,
Entre hombres comedido hombre
Morays, à Dios buen labrador.
En esta competencia victor,
Victor os retulan todos quantos
Que os miran, y al grado mayor
Os traen, y alçan con sus cantos.

Por Juan Limneo.

VIII.

SONETO.

M Vchos tienen por crecida gloria,
Ser descendidos de Patres principales:

G 3

Mas

1627-23

Mas pocos quieren renderseles iguales,
Y de su cepa, seguir la historia.
De las virtudes tener memoria,
Y aun mismo hazer hazannas tales,
Las quales hagan los hombres imortales,
Es alcançar la mayor victoria.
Hazeis esto Sennor E INSI DE Lpolido,
r con noble sangre letras ayuntais,
Sin las quales no biue hombre complido.
Pues vos sereis del Cielo fauorecido,
Para que un dia, muy util ser podais
A vuestra tierra, y Principe esclarecido.

Sigismundo Bechler.

IX.

Sonetto di Giona Bauero Viennese
d' Austria.

Dolci Ombre, ombrose Valli, e limpide Onde,
Alta fiorita Riva, Aer sereno,
Vario Lido sassoso almo ed ameno,
Chiari Lumi celesti, Aure seconde.
Prato dipinto di fiori, Herbe feconde,
Ninfe, Armenti, pastori, ampio Terreno,
Scuro Bosco d' Angelli, e fiere pieno,
Strane Rupi, aspri Monti, altere Sponde.

Fate,

*Fate (THE MIDICEA) fede al ROMITO,
Come nella mia cella io li preparo
Corona degna al suo valor compito;
E che sù le leggi con essempio si raro
Geli ed à caldi giorni sudi ardito,
Lo faran sempre al mondo Illustre, e chiaro.*

F I N I S.



1627-23

Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and orientation.

Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and orientation.



S. TRASSBURG, Diss., A627-23

ULB Halle
004 527 275


3



SB

1077





B.I.G.

Farbkarte #13

J. J.
TIONEM HANC

16
22 - 28

DE

FICIIS SSORUM

16 28, 3.

EX

SINGULARI

ET AMPLISSIMI

M ORDINIS, IN FLOREN.

ENTORATENSIVM

RSITATE.

ni disquisitioni subicit

TIUS ab **E**insiedel.

20. Martii.



TORATI.

NIS REPPH.

. DC. XXVIII.

627-23

